ANALECTA PRIVILEGIORUM, EXEMPTIONUM ET JURIUM QUAE RELIGIOSI...

R.R.




BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
23 H
16 M

ANALECTA

PRIVILEGIORVM, EXEMPTIONVM ET IVRIVM

Quæ Religioſi Mendicantium Ordines Obtinent

Circà liberam Chriſti Fidelibus & licitam quolibet die ac tempore in eorum Eccleſijs Verbi Divini ac Miſſæ auditionem, Annuam Paſchalemque Confeſſionem, irrevocabiles Regularium Confeſſariorum approbationes, Sepulturæ electionem, Exequias, illisque annexa.

Per R. R. Privilegiatorum Profeſſorem.

Editio ſecunda, & auctior.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud Bernardum Henningium, propè S. Paulum, ſub ſigno Cuniculi. 1675.

URBANUS PP. II.

In Concilio Nemausensi, cui præsedit.

Oportet eos, qui sæculum reliquerunt, majorem solicitudinem habere, pro peccatis hominum orare, & plus valere eorum peccata solvere, quàm Presbyteros seculares. Quoniam illi secundùm Regulam Apostolicam vivunt, & eorum sequentes vestigia communem vitam ducunt. Ideòque videtur Nobis, ut ijs, qui sua relinquunt pro Deo, digniùs liceat baptizare, dare communionem, pœnitentias imponere, nec non peccata solvere. Vndè considerare nos oportet, quantæ virtutis apud Deum sint, qui seculum relinquentes, Domini obediunt præcepto, dicentis: Relinque omnia quæ habes, & Veni, sequere me. Vndè censemus eos, qui Apostolorum figuram tenent, prædicare, baptizare, communionem dare, suscipere pœnitentes, peccata solvere.

APPROBATIONES DOCTORUM.

QVæ olim à damnato Parisiensis Academiæ Doctore Guilielmo à S. Amore adversus sacros Ordines Mendicantes malevolè scripta, ab Angelico verò & Seraphico Doctoribus SS. Thoma de Aquino, & Bonaventura eodem tempore angelicè pariter & seraphicè confutata, ac demum à S. Sede Apostolica prævio examine condemnata fuit doctrina & à modernis quibusdam veluti ab orco non sine ingenti temeritate nuper extitit revocata, à præsenti Libro cui titulus est: Analecta Iurium. &c. (quem mihi oblatum, attentâ mente pervolvi) adeò solidè & efficaciter refutatur, falsitatisque ac erroris convincitur, ut quid majoris energiæ desiderari possit non videam. Quapropter, cum nihil in se contineat, quod sanæ & orthodoxæ fidei, aut bonis moribus repugnet, ut quæ in hoc libello triumphat doctrinæ veritas, omnibus palam innotescat, dignum esse judico, qui in lucem publicam prodeat. Ita sentio Coloniæ in Carmelo nostro Colon. die 14. Novembris. 1672.

Fr. *IACOBVS EMANS* SS. Theolog. Doctor, ejusdemque sacræ facultatis Senior, & Professor. m. p.

LIbellus præsens, cui titulus præfigitur (Analecta Privilegiorum, & Iurium quæ sacri Religiosoru m Ordines obtinent, &c.) nihil continet sinceræ, & orthodoxæ fidei, aut bonis moribus contrarium, sed potius doctrinam sacram, & catholicam; ut pote decretis summo-

rum Pontificum. S. Canonum. Conciliorumque statutis, & S. Congregationis decisionibus perquam conformem; nec non piorum Christi fidelium conscientias tranquillantem, quapropter censeo jure meritissimo eundem prodire debere in lucem publicam. Ita signabam propria manus subscriptione in Carmelo nostro Coloniensi Anno 1672. 12. Novembris.

Fr. IOANNES *Niderwiltz.* Carmelita, *SS. Theol. Doct. & Professor Ordinarius.*

M*Ajore acrimoniâ meruisset excipi divulgatum per hasce partes* scriptum Anonymum in sex fasciculos distributum: *quòd tamen hæc* Analecta *mitiore modestia, minore passione, ac majore ratione sic præstant, ut in illo certasse impudentia, & succubuisse ignorantia: in hisce verò literata utrobique gravitas, & Religiosa Parochis inserviendi aviditas triumphasse videatur. Nam* Fasciculorum *colligator* se magis lesit, *quàm innoxios Regulares.* quod absit à moribus *Sacerdotis,* ut hoc faciat voluntate lædendi, culpans in illis dente maledico, quod mente veridicâ scit non esse culpandum, *ut ait S. Augustinus epist.* 15. *Quare ut* Fasciculos *dignissimos luce fumosi ignis: Sic hæc* Analecta *publica typici honoris luce censemus digniora, Coloniæ in Conventu S. Crucis Ord. Præd. in festo B.* ALBERTI MAGNI *invictissimi quondam Religiosorum Iurium propugnatoris, Anno M. DC. LXXII.*

F. Gasparus von Cölln *Ord. Præd. S. Th.* Doct. & Professor Ordin. Conv. Col. Prior. & Vicarius Provincialis m. p.

Fr. HENR. HILDEN *Ord. Præd. SS. Th. Mag. ejusdemque in universitate Colon. publicus, ac ordinarius Profess. & Generalis studij in Conventu Regens.*

PRivilegiatorum Profess. in Libello, cui titulus præfigitur (Analecta Privilegiorum & Jurium quæ sacri Religiosorum Ordines obtinent, &c.) quem diligenter perlegi, ita me judice jura Regularium propugnat, ut nullius juri deroget, è contrà verò manifestò ostendat anonymum fasciculorum Authorem ea oppugnando in Divina atque humana jura turpiter impegisse. Hinc dignissimum censeo, ut in lucem edatur, ne Christi fideles per hujusmodi imposturas seducantur. Datum Coloniæ 1672. die 11. Novembris in Conventu Sancti Augustini.

Fr. Ioannes SchWeitzer Ord. Erem. S. P. Augustini S. Th. Doct. & Profess. Ordinarius.

NOs infrà scripti legimus libellum, qui inscribitur Analecta Privilegiorum &c. Nihil is fidei Catholicæ, nihil bonis moribus contrarium habet; sed notoriam solùm veritatem, universali totius Ecclesiæ consuetudine, plurimisque Ecclesiæ, & S. Apostolicæ Sedis decretis firmatam, modestè & Religiosè defendit; ut proinde dignum censeamus, qui lucem aspiciat; ad evellendos ex animis simpliciorum hominum scrupulos, vel errores, si qui fortè ex opposito scripto, per sex fasciculos obiter distributo, irrepserunt. Cæterùm ad evitanda deinceps scandala, quæ ex substrata controversia sæpiùs consecuta sunt, optimum factu putaremus, si dicti fasciculi ob doctrinam & calumnias, quas continent, colligerẽtur omnes, & alligarentur in fasciculos ad comburendum; prout anonymus illorum Auctor in proœmio suo ipse sibi videtur præsagiisse. Ita (salvo meliore) censemus Nos, Colon. die 6. Ianuarij Anno 1673.

Joannes Loventhal Soc. Iesu, SS. Th. Doct. & Professor Ordinarius m. p.
Petrus Hertwartz S. I. SS. Th. D. & Profess. Ordin. in Vniversitate Colon. m. p.

L*Egi, & relegi Libellum, cui titulus est*: Analecta Privilegiorum & Jurium, quæ sacri Religiosorum Ordines obtinent, &c. *In quo Author adductis varijs Apostolicis decretis, declarationibus, alijsque fundamentis, solidè, & dilucidè propugnat quòd Christi fideles Ecclesiæ præceptis satisfaciant, in Religiosorum Ecclesijs diebus Dominicis, & festivis audiendo Missam, & Conciones, etiam præcepto Paschali ibidem confitendo. Cùm itaque libellus hic, nihil contineat, quod orthodoxæ fidei, & bonis moribus contrarium sit, sed necessariam & solidam defensionem privilegiorum hinc ipsum dignissimum judico, ut lucem videat, ac proinde veritas impugnata lucidior fiat. Ita sentio* Col. *Anno* 1672. 12. *Novembris.*

Fr. AVRELIVS GALENIVS Ord. Min. Conv. SS. Theol: Mag. & Collegij Colon. Professor Ordinarius m. p.

CENSVRA INQVISITORIS APOSTOLICI.

CVm nuper Clemens V. in *Clement. de excessib. Prælator.* & recenter Clemens X. severissimè demandarint, ut *Privilegiata Regularium jura* inviolabiliter servētur, & concedēda sit cuique defensio, quæ nequidem diabolo deneganda est per *Hostiensem in c. cum inter ς. de except.* hæc præsentia *Analecta*, cum ut modestè, sic & nervosè præfata Jura Regularium propugnent, poterunt utiliter in publicam lucem emitti. Coloniæ in Conventu S. Crucis Ord. Præd. 13. Jan. 1673.

Fr. CHRISTOPHORUS SPIES, *SS. Th: Mag., & Vniversitatis Viennensis Doct. & Generalis Apostolicus Inquis. m. p.*

ELEN-

ELENCHVS CAPITVM.

PRÆFATIO.

Cap:

Cap: IX.

Dubitari non potest, quin Vtriusq; Sexus Fideles quovis tempore, etiam Paschali, Regulari Privilegiato confessi, Satisfaciant praecepto de annua Confessione.

Cap: X.

Verus sensus Extravagantis vices illius, & Cap: Omnis utriusque Sexus *aperitur.*

Cap: XI.

Determinatio Doctorum Coloniensium, Revocatio Officialis Zaltzburgensis, Constitutio Nicolai PP. IV.

Cap: XII.

Nedum injustum, sed & irritum est Regulares Secularium Confessarios inconsultâ Sede Apostolicâ generaliter ad novum examen cogere, vel approbationes eis legitimè datas revocare.

Cap: XIII.

Exequi funerum, quae apud Regulares sepeliuntur, in ipsorum Ecclesiis, non in Parochialibus fieri debent. Nec potest per Dioecesanos contrarium statui.

Cap: XIV.

Quarta funeralis non nisi de illis debetur, quàm quae cum funere deferuntur.


Cap: XV.

Nequeunt Regulares in jure ac Vsu suorum Privilegiorum sine injuria à quoquam turbari.

BENEVOLE LECTOR,

Typographica te errata indubiè offendent: utpote quae suâ mole & numero statim in oculos incurrant. Eorum proinde correctionem, quae ad calcem Libelli subjecta est, identidem consulere ne pigeat.

PRAE-



PRÆFATIO.

PRodijt à paucis Opiſtographum Anonymum in ſex faſciculos diſpartitum Lovanio per Belgium quaqua-versùs, ac huc uſq; etiam diſperſum, abſq; ullo titulo, & ſine illius approbatione, ac cenſura, ſuppreſſo quoque impreſſoris nomine: in quo parabola, quam deſcribit S. Evangeliſta Matthæus cap. 3. de *inimico homine, de zizanijs, de faſciculis colligatis ad comburendum*, perversè, ac impiè in Religioſos Mendicantium Ordines detorquetur; Quodque tot ſcatet contumelijs & ſcommatibus, ut non ſit, niſi infame ſchediaſma, hominum acerbiſsimum odium profitentium, conficiens famoſum libellum, nullo prorsùs reſponſo vel refutatione dignum, ſed ſupplicio potiùs, ac flammis plectendum. Cujus authoribus nihil durius reponitur, quàm hæc Chriſtiana admonitio: Ut nempè in conſcientias regrediantur ſuas, ſeriòque perpendant, quantorum flagitiorum, ac cenſurarum reatu ſeſe implicent,

qui libellorum famoſorum authores, furtim licet, ſeſe exhibere, qui Sacræ Scripturæ litteram in falſum & hæreticum ſenſum detorquere, qui Apoſtolicæ Sedis authoritatem, ejuſque diplomata explodere, qui ſacras Religioſorum Ordinum familias calumnioſiſsimè traducere non verentur.

At fruſtrà hæc ijs prædicantur, quibus omnis conſcientiæ ſenſus obcalluit. Neque enim hìc ſtitit nefarius turgentium odiorum impetus; ſed quaſi rupto ſtimulantis ulceris obice amarulentum virus purulentis calamis, & prælis certatim effuderunt. Undè inter alios quàm plures, quos recenſere non attinet, excluſi fœtus hæc nomina præferunt. *Meliton*, ſæpè cuſus, & recuſus. *Inſtructio ad Tyronem.* Ejuſdem *Defenſio. Noctua ſuper cruculam. Obligatio audiendi verbum Dei, &c. Reſponſio ad exhibitionem Canonum, &c. Rituale d'Aleth. Specimina Moralis Chriſtianæ, & Diabolicæ. Dialogus inter Palladocem, & Cappadocem.* Deniquè *Quæſtiones duæ de quantitate Eleèmoſynæ, & valido mendicante, concio de Phariſæo & Publicano. Item Bulla Innocentij IV. arcens Mendicantes. &c.* verbotenùs ex ſceleratis opuſculis Guilielmi de S. Amore deſumptæ. Quorum aliqui ſub larvatis nominibus authorum, impreſſorum, & locorum editi; alij palàm à

Sede Apostolica damnati: alij etiam per Authoritatem Regiam, ac Ecclesiasticam proscripti: plerique calumniarum in Religiosos refertissimi, Lovanio quaqua-versùm emittuntur, perindè ac si celeberrima illa Academia jam facta esset lacuna, in quam undique, & præsertim ex Gallia, quorumcumque dogmatum colluvies influat, & officina in qua odium adversùs sacras Religiones Tyronibus, & discipulis ubertim instilletur.

Illud nempè ad publicas miserrimorum temporum calamitates deerat, ut ab orco revocarentur modò turbulentæ illæ Ecclesiasticorum tempestates, quas suo sæculo ità deplorat Alexander IV. diplomate dato Lateran: III. Kalendas April: Anno 3. Pontificat: *Non sine multa cordis amaritudine, animique turbatione audivimus, quòd nonnulli acuentes linguas suas, & venenum aspidum gerentes sub labijs ad infamiam, gravamen, & dispendium innocentium, illud in sugillationem, & læsionem dilectorum Filiorum, Fratrum Prædicatorum & Minorum nequiter vomuerunt: fuderunt, inquam, virus, & contra eos in scholis, Prædicationibus, & alibi asserere præsumpserunt, quòd in statu & via salvandorum non erant: nec meritoria, nec salutiferà existebat eorum mendicitas, & paupertas: cùm deberent valetudine corporali, & alijs justis impedi-*

mentis cessantibus, propriis manibus operari, sub spe alieni subsidij non torpendo: quodque de licentia, vel commissione Romani Pontificis, seu Diœcesanorum Episcoporum, Prædicationis exercere officium, & Confessiones audire liberè non valebant; tanquam per hoc Sacerdotibus Parochialibus præjudicium inferretur. Ac alia nihilominùs prava, & iniqua in detractionem eorum, & suorum Ordinum derogationem ora maliloqua relaxando. Cùm ijdem Ordines velut eminentia candelabra, & duo magna luminaria in Ecclesia Dei luceant, ac ab ipsorum Fratribus, & cultoribus sacræ Doctrinæ lumen diffundatur ubique per orbem, Christi Evangelium ardenter & efficaciter prædicetur.

Cùm etiam sacræ scripturæ, ac Verbi Dei studio, & animarum profectibus, nec non divinis officijs, & orationibus instanter, & incessanter intendant; nequaquam marcentes otio, sed operè se optimo & potissimo exercentes: Christumque imitentur pauperem, perfectionem Evangelicam amplexando: propter quod evidenter apparet, eos non solùm in statu salvandorum existere, sed etiam perfectorum: & per suæ Religionis observantiam (quæ quidem ipsius perfectionis Evangelicæ tenet formam) in æternæ retributionis præmio præcellentem gloriam promereri: & etiam de licentia, vel commissione, aut concessione Romani Pontificis, seu Legatorum ejus, vel Ordinariorum locorum licitè possint prædicare Populis, & confes-

siones

ſiones audire, ac pœnitentibus injungere ſalutares, inferiorum Prælatorum, & Rectorum Eccleſiarum, ac Sacerdotum Parochialium aſſenſu minimè requiſitis.

Illi porrò, de quibus agit Pontifex, erant Guilielmus de S. Amore, eique adhærentes. Unde ſatis innoteſcit, quàm peritus rerum, & quantus antiquitatis & veritatis ſtudioſus ſit, Clarus demonſtrator: qui pag. 28. ſuæ reſponſionis, Ait. " Lis cum Guilielmo ,, à S. Amore non fuit de ſubjecta hic mate-,, ria, ſeu verbi Dei predicatione.

Vix illa tempeſtas deferbuerat, cùm quidā Ioan: de Poliaco, omnes nervos cæpit intendere, ac impugnare poteſtatem Mendicantium Ordinum adminiſtrandi ſacramentum pœnitentiæ: cujus error fuit ilicò condemnatus, ut infrà cap. IX. & X. patefiet Et quamtumvis etiam ipſemet errorem ſuum agnoverit, & retractaverit, illum tamen totis viribus tutari agreſſus eſt Richardus Armacanus, Primas Hiberniæ, contendens dictos Ordines mendicitatis ſubſidio, *vel ſaltem auxilio privilegiorum pro prædicationibus, confeſsionibus, ſepulturis, ac exemptionibus* privandos: ut ſcribit in Chronico continuator Guilielmi Nangiacen: ad ann: 1358. undè & uterque cum ſuo anteſignano Guilielmo de S. Amore hæreticorum catalogo annu-

meratur ab Alphonſo à Caſtro, & Gabriele Prateolo. Ferociores deindè in mendicam Religioſorum Ordinum paupertatem, inſtituta, ac munia, furias excivit, & immiſit impius Hæreſiarcha, Ioannes Wickleff: quas annotatas vide in Prateolo, ſi lubet. Nec defuit in ipſo Sacro Concilio Tridentino Religioſorum adverſarius, & declamator acerrimus, Braccius Martellus Epiſcopus Feſulanus, (de quo infrà cap. XV.) qui plurima primùm contumelioſa in eos, ſeditioſa, ſchiſmatica, & hæreſi proxima eructavit, ſicut teſtatur Card: Pallavicinus lib. 7. hiſt: Concil: Trid: cap. 4. At graviter correptus, & pudore confuſus reſipuit, obortiſque lachrymis culpam deprecatus eſt. Cui pertinaciùs poſt inhæſit ille, qui ſub Italico anagrammate ſe venditans pro *Pietro Soave Polano*, dignoſcitur pro *Paolo Sarpio Veneto*, falſidicus Hiſtoriæ Concilij Trid: ſcriptor, Hæreticorum fautor, & conſors, Fideique Catholicæ hoſtis, per proprias litteras convictus apud Card: Pallavic: in apparatu, c. 2. quqiue Regularium privilegia, facultates, ac exemptiones nefariè perſtrinxit. Hos tam præclaros duces ſequuntur, qui hâc tempeſtate toties exanimata, toties damnata dogmata reſuſcitare, ac in vulgus
ſpar-

ſpargere non verentur: ignorare tamen nec poſſunt, nec debent, quanti flagitij ſit, profligatos vel unius Guilielmi de S. Amore errores, & libellos pernicioſos, ac deteſtabiles redanimare & publicare: cùm notiſſima ſit damnationis ſententia, quam ſuper ijs tulit Alexander IV. Anagniæ 5. Oct. Pontif: ſui ann: 2. conſtitutione, quæ incipit: *Romanus Pontifex*, quâ edicit. *Nos libellum eumdem* (dicti Guilielmi) *qui ſecundùm ipſius titulum, Tractatus brevis de periculo noviſſimorum temporũ nuncupatur, tanquam iniquum, ſceleſtum & execrabilem & inſtructiones ac documenta in eo tradita, utpotè prava, falſa, & neſaria de Fratrũ Noſtrorum conſilio, authoritate Apoſtolicâ reprobamus, & in perpetuũ condemnamus, diſtrictè præcipientes, ut quicumq; libellum ipſum habuerit, eum infrà octo dies, ex quo huiuſmodi Noſtrã reprobationem, & condemnationem ſciverit, prorsùs in toto, & in qualibet ſui parte comburi, & aboleri procuret. In illos enim, qui huius noſtri præcepti fuerint contemptores, excommunicationis ſententiam promulgamus, firmiter in virtute obedientiæ prohibendo, ne quiſquam prędictum libellum, ore Apoſtolico jam damnatum, approbare, vel quomodolibet defenſare præſumat. Si quis verò præſumpſerit, tanquã contumax, inobediens, & rebellis Ro. Eccleſiæ, ab omnibus habeatur.*
Neutiquam hæc modernos Guilielmi ſectatores ab ejuſdem approbatione, ac defenſione deterrent, qui ſibi fortaſſis imaginantur,
 dam-

[illegible] cum
[illegible] mus, vel a-
[illegible] præscriptum
[illegible] Ille autem
[illegible]
[illegible] libellis-
[illegible] Pont-
[illegible] dominus
[illegible] sit & reliqui
[illegible] eundem Pon-
[illegible] lim. an:
[illegible],
[illegible],
[illegible] (prout
[illegible]
[illegible]
[illegible] libel-
[illegible] Fra-
[illegible] fa-
[illegible] Quod am-
[illegible] rescrip-
[illegible] Lateran:
[illegible] 6. cu-
[illegible] Extravi-
[illegible] &
[illegible] le-
[illegible] libello fa-
[illegible] Fratres
[illegible] publi-
care

tare præsumerent: quare Nobis humiliter supplicastis, ut cùm multitudo sit in causa, super hoc eorũ saluti providere misericorditer curaremus. Indulget eapropter, illos absolvendi potestatem, datâ priùs cautione, *quòd libellos tales de cætero non tenebunt.* Det omnibus propitius Deus hanc mentem, qui similium libellorum publicatione, lectione, ac detentione eorumdem delictorum, ac pœnarum consortes sese reddiderunt, vt ad salutarem pœnitentiam redeant debitâ præstitâ retractione, & libellis Vulcano datis!

Bullam Innocentij IV. quod attinet, quâ *Religiosos arcet à functione Hierarchicarum actionum,* desumptam ex manuscripto codice, cui titulus: *Chronica temporum Ricchardi Monachi Cluniacensis*, è Bibliotheca P. Petavij Senat: paris: & opusculis Guilielmi de Sto. Amore præfixam, (indubiè ab eorum recusore, larvato Ioanne Alithopilo) si alius, quàm Palladox proferret, qualiter non vapularet? Quibus non sannis & ludibrijs exsibilaretur, & pulsaretur? Quantis eum probris, & opprobrijs non exciperet & oneraret fasciculorum consarcinator? Quem non puduit Sanctissimi & Beatissimi Pontificis Pij V. Bullam *Etsi Mendicantium* (quam apud Sedem Apostolicam & in Ecclesia in summa veneratione esse, postea demonstrabitur) *putris & fætidi cadaueris* convitio proscindere. Nos aliud nihil respon-

pon-

ponsi Innocentianæ Bullæ adferimus, quam quo nos Innocentij successor Alexander IV. instruxit Neapoli, sub ipsis Pontificatus sui auspicijs, nempe An. 1. vndecimo Kalendas Ianuarij ita decernens. *Nec insolitum est, nec novum, vt ea, quæ per occupationem vel infestinantiam fiunt, pro eo, quòd congruæ deliberationis limina prætereunt, in propensioris discussionis reducantur examen: ut rectiora & elimatiora per attentionem propensioris discussionis emanent. Sanè quædam ab Apostolica Sede tempore fel: record: Innocentij P.P. IV. Prædecessoris nostri litteræ processerunt, in quibus ipse universis Religiosis cuiuscumque professionis, vel Ordinis districtè in virtute obedientiæ injungebat, vt Parochianos alienos in diebus Dominicis, & festis, non reciperent de cætero; in suis Ecclesijs, vel oratorijs temerè ad divina. Nec eis vllatenus in suis prædicarent Ecclesijs, etc.* Quæ inferiùs referuntur c. 3. Eaque omnia verbotènus repetens, & denuò revocans, ac irritans ipsemet Pontifex in suo diplomate, *Quædam a Sede Apostolica*, dato Laterani eodem an: Pontificat: secundò Idus Septemb: executionem istarum revocatoriarum Episcopis, Spoletano, & Assisiensi seriò injungit, & ait: *Præfatas litteras* Innocentij IV. *& si quæ aliæ super prædictis, vel eorum aliquo contra præfatos Religiosos, vel aliquos ex ipsis, generaliter vel specialiter, præter formam communem, & solitam processere, ac mandata seu præcepta facta in eis, vel*

tarum authoritate, duximus penitùs revocanda; Venerabilibus Fratribus Nostris universis Archiepiscopis, Episcopis &c. Nostris dantes litteris in mandatis, vt per huiusmodi litteras, vel occasione mandatorum seu præceptorum, aut sententiæ, quæ continent, nihil prorsus agerent: cum nullam ex tunc haberent efficaciam, vel vigorem. Sed sicut intelleximus, nonnulli Episcopi &c. Dilectis filijs Fratribus Ordinis Minorum post huiusmodi revocationem Nostram inhibere generaliter vel specialiter præsumpserunt, ne in locis suæ jurisdictionis prædicent &c. Inhibent quoque Parochianis suis, prædictis Fratribus sua confiteri peccata, ne hâc occasione ad ipsos accedere, & Fratribus, ne aliquos in suis Ecclesijs recipere ad divina præsumant. Alias quoq; in talibus ijdem Prælati & Sacerdotes, eosdem Fratres gravare, ac molestare non cessant, in animarum suarum periculum, ipsorumq; Fratrum injuriam, ac scandalum plurimorum. Nos pati nolentes, quòd aliquid intentetur in ipsorum Fratrum præjudicium, & gravamen &c. Fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus præmissa omnia solemniter per vos, vel alios denuntiare curetis, non permittentes prædictos Fratres, eorumque Ordinem contra huiusmodi revocationem, & Constitutionem Nostram, ab aliquibus molestari; molestatores & contradictores huiusmodi per censuram Ecclesiasticam, appellatione postpositâ, compescendo. Non obstantibus &c. Alexandri diploma cassans & revocans Innocentij litteras, postea confirmavit Bonifacius IX. B. *Super Gregem.*

gem. addens. *Cum autem à nobis quædam litteræ Apostolicæ ejusdem Innocentij in effectu conformes sub data 4. Nonas May. Pontificatus Nostri An. 12. emanaverint, Nos Alexandri vestigijs inhærentes, præfatas Nostras litteras, & omnia in ipsis contenta, Authoritate prædictâ, & ex certa scientia, tenore præsentium revocamus, ac carere volumus omni robore firmitatis.*

Propera nunc ocyùs in Palladociam fasciculator Dalogice, & ad tuos illos famosorum, proscriptorumq, libellorum, ac tractatuum Authores & Patronos, hæc Apostolica scripta, (quæ per extensum invenies in Emanuele Rodriguez, tom. 1. Privileg. in Alexand. IV.) defer, vt videant quo loco habenda sit Bulla præfata Innocentij IV. *per occupationem, & infestinantiam, præter formam communem, & solitam,* sub, & obreptitiè extorta; & propterea *penitùs revocata*, adeoque *nullum ex tunc habens efficaciam, vel vigorem:* sedulòq cum illis tandem perpende, ad quæ ex conscientiæ dictamine, & justitiæ debito obligentur, qui recessitis famosis libellis, aliisq; similibus, etiam contra expressa Sedis Apostolicæ mandata, Regulares infestare, *gravare, ac molestare non cessant, in animarum suarum periculum, ac scandalum plurimorum.* Et dispice, an hoc sit, quod tu garris pag. 13. summi Ponti-

„ficis,

„ficis, Deo simillimi, Deiq; vices agentis dig-
„nitatem fallacibus blanditijs in rem Men-
„ dicantium compositis prodi ab Analecte
„ veriùs, quàm attolli. Scilicet, quàm egregiè
in Palladocia tua attollatur, & suspiciatur
Pontificia Majestas, *Cartesius*, *Instructio ad Tyronem*, *Montaltius*, *VVendrochius*, *Traductio novi testamenti in linguam Gallicam*, *Rituale D' Aleth*, *Quæstiones de quantitate Eleemosynæ & validè Mendicante*, & similia sine numero opuscula ab Apostolica Sede proscripta, tamen ibidem edita, aut recusa, aut venalia, & vel ipsa Bulla Innocentij IV. penitùs revocata, imò & theses sæpè & publicè propugnatæ, & dictata discipulorum calamis excepta, quin & ipse Dialogus tuus & fasciculi, luculentissimè probant & testantur. Quamtumvis enim pag. 12. simules te recognoscere summi Pontificis potestatem in concessione Privilegiorum contra quæcumq; Canonum decreta, dictitesq;
„ quòd nusquam gentium id negaverit
„ fasciculator: dum tamen addis, falsum esse,
„quòd Canones fasciculo tertio adducti in-
„ telligendi sint de casu, quo determinant aliquid esse de jure divino, (quæ verba S. Thomæ sunt cap. 2. referenda) evidenter convinceris, te Apostolicæ Sedis Authoritatem succidere, & tibi ipsi contradicere.

Nam

Nam si Canones isti non loquantur *de illis quæ statuta Sanctorum determinaverunt esse de Iure divino*, sed de illis etiam, *quæ determinaverunt esse de Iure positivo*, quòd tu contendis, igitur ex illis vis concludere, quòd Romanæ Sedis Authoritas non possit aliquid condere, vel statuere contrà statuta SS. Patrum: cùm hoc tibi propositum sit, & eo fine Patrum decreta adducas, vt ostendas, quod *Canones solvere, sit in Religionem committere*. Et nonne hoc ipsissima verba tua, quæ pro conclusione ad calcem Capitis tertij apponis, clarissimè evincunt? " Ex his (infers) & infinitis „pene alijs, undequaque evidens est, sanctam „Sedem adeò religiosè Concilia & Concilia„res Canones olim observasse, ut piaculum, „arbitrata sit, illis vel in atomo contravenis„se. Igitur fatearis necesse est: piaculum esse, & in religionem committere Pontifices, si Conciliaribus Canonibus aliquid contrarium statuant.

Vide sis, Dialogistes, quomodò tibi constes & cohæreas: nec te juvare quicquam, nec excusare clausulas derogatorias, quas in subsidium frustra trahere laboras, infra cap. 6. patescet. Oportet esse memorem sui potiùs, quàm adhuc maledictis incessere Analectè, & illi æquè, ac exhibitori SS. Canonum mendacia

dacia audacissimè objicere. Audes dicere P. 15. Exhibitionem Canonum non pauca continere, *quæ si non lupum, certè Christianum dedecent.* Et post recitata quædam illius asserta, exclamas pag. 16. *Pudet me insignis, edepol, mendacij!* Quin imò me pudet, & miseret tui, Dialogice, qui eò te passus es abripi, ut Viro isti Eximio, ac Religiosissimo, tantique nominis Doctori, in os ac faciem mendacium inverecundissimè improperes. Absit ut hæ Palladocum tuorum urbanitates sint, ac elegantiæ, quas honestorum nemo dixerit esse virorum, & vel ipsum vile vulgus diceret solis scurris esse familiares. Credi id potuisset imprudentis calamo elapsum, nisi ex Sophocle, & S. Ambrosio seriam & gravem adjecisset monitionem de fugiendo mendacio, eo quòd, *Omnes qui amant mendacium, filij sunt Diaboli.* Et quod pejus est, pag. 17. insuper, non dubitasset Fasciculatoris pariter secum rei defensionem suscipere, dicens: " Mirum non esse si Fasciculator fer-" ventiùs in Mendicantes fortè invectus sit, *imitatus Apostolos, & Patres, qui induti zelo veritatis pro ea ignitum eloquium spirantes, errorum stipulas divino fervore inflammabant: Illud Apostoli cogitantes; Charitas Christi urget nos. Verborum quippè illo æstu, & quasi intemperantiâ charitatis &(ut cum Cypriano*

meratur ab Alphonſo à Caſtro, & Gabriele Prateolo. Ferociores deindè in mendicam Religioſorum Ordinum paupertatem, inſtituta, ac munia, furias excivit, & immiſit impius Hæreſiarcha, Ioannes Wickleff: quas annotatas vide in Prateolo, ſi lubet. Nec defuit in ipſo Sacro Concilio Tridentino Religioſorum adverſarius, & declamator acerrimus, Braccius Martellius Epiſcopus Feſulanus, (de quo infrà cap. XV.) qui plurima primùm contumelioſa in eos, ſeditioſa, ſchiſmatica, & hæreſi proxima eructavit, ſicut teſtatur Card: Pallavicinus lib. 7. hiſt: Concil: Trid: cap. 4. At graviter correptus, & pudore confuſus reſipuit, obortiſque lachrymis culpam deprecatus eſt. Cui pertinaciùs poſt inhæſit ille, qui ſub Italico anagrammate ſe venditans pro *Pietro Soave Polano*, dignoſcitur pro *Paolo Sarpio Veneto*, falſidicus Hiſtoriæ Concilij Trid: ſcriptor, Hæreticorum fautor, & conſors, Fideique Catholicæ hoſtis, per proprias litteras convictus apud Card: Pallavic: in apparatu, c. 2. quiue Regularium privilegia, facultates, ac exemptiones nefariè perſtrinxit. Hos tam præclaros duces ſequuntur, qui hâc tempeſtate toties exanimata, toties damnata dogmata reſuſcitare, ac in vulgus ſpar-

ſpargere non verentur: ignorare tamen nec poſſunt, nec debent, quanti flagitij ſit, profligatos vel unius Guilielmi de S. Amore errores, & libellos pernicioſos, ac deteſtabiles redanimare & publicare: cùm notiſſima ſit damnationis ſententia, quam ſuper ijs tulit Alexander IV. Anagniæ 5. Oct. Pontif: ſui ann: 2. conſtitutione, quæ incipit: *Romanus Pontifex*, quâ edicit. *Nos libellum eumdem* (dicti Guilielmi) *qui ſecundùm ipſius titulum, Tractatus brevis de periculo noviſſimorum temporũ nuncupatur, tanquàm iniquum, ſceleſtum & execrabilem & instructiones ac documenta in eo tradita, utpotè prava, falſa, & neſaria de Fratrũ Noſtrorum conſilio, authoritate Apoſtolicâ reprobamus, & in perpetuũ condemnamus, diſtrictè præcipientes, ut quicumq; libellum ipſum habuerit, eum infrà octo dies, ex quo hujuſmodi Noſtrã reprobationem, & condemnationem ſciverit, prorſus in toto, & in qualibet ſui parte comburi, & aboleri procuret. In illos enim, qui hujus noſtri præcepti fuerint contemptores, excommunicationis ſententiam promulgamus, firmiter in virtute obedientiæ prohibendo, ne quiſquam prędictum libellum, ore Apoſtolico jam damnatum, approbare, vel quomodolibet defenſare præſumat. Si quis verò præſumpſerit, tanquã contumax, inobediens, & rebellis Ro. Eccleſiæ, ab omnibus habeatur.*

Neutiquam hæc modernos Guilielmi ſectarios ab ejuſdem approbatione, ac defenſione deterrent, qui ſibi fortaſſis imaginantur,

damnationem illam non nisi prænominatum libellum afficere: non attendentes, vel attendere nolentes, illum esse proscriptum *prorsùs in toto, & in qualibet sui parte.* Illæ autem quæstiones modò seorsim excusæ, *de quantitate eleèmosynæ, & valido mendicante*, ipsius libelli appendices sunt, & partes capitis 12. Præterquam quòd nō solus ille tractatus damnatus sit, & palàm igne crematus, sed & reliqui ejusdem argumenti omnes ab eodem Pontifice jussi sunt palàm comburi 26. Iun. an: 5. sui Pontificat. B. *Ex alto fuisse conspicimus*, verbis hujusmodi. *Quemdam libellum famosum, & detestabilem ab eodem Guilielmo editum (prout publicè apud Sedem Apostolicam confessus extitit) quem per nos de* Fratrum *Nostrorum consilio condemnatum igne cremari fecimus, nec non & quosdam alios libellos famosos in infamiā & detractionem eorundē* Fratrum *ab eorum æmulis de novo, ut dicitur, editos facias publicè, corā omnibus, igne cremari.* Quod ampliùs adhuc ab eodem declaratur in rescripto ad Episcopum Parisiensem dato Lateran: 3. Nonas Decemb. Pontificat: sui an: 6. cujus iste est tenor, & initium. *Tua Nobis* Fraternitas *intimavit, quòd nonnulli Clerici tuæ Civitatis, & Diœcesis incurrerunt excommunicationis sententiā latam Authoritate nostrâ in omnes illos, qui libellos famosos contrà Prædicatorum & Ord: Minorum Fratres à Magistro Guiliel: de S. Amore, seu aliis editos, publicare*

tare præſumerent: quare Nobis humiliter ſupplicaſtis, ut cùm multitudo ſit in cauſa, ſuper hoc eorũ ſaluti providere miſericorditer curaremus. Indulget eapropter, illos abſolvendi poteſtatem, datâ priùs cautione, *quòd libellos tales de cætero non tenebunt.* Det omnibus propitius Deus hanc mentem, qui ſimilium libellorum publicatione, lectione, ac detentione eorumdem delictorum, ac pœnarum conſortes ſeſe reddiderunt, vt ad ſalutarem pœnitentiam redeant debitâ præſtitâ retractione, & libellis Vulcano datis!

Bullam Innocentij IV. quod attinet, quâ *Religioſos arcet à functione Hierarchicarum actionum*, deſumptam ex manuſcripto codice, cui titulus: *Chronica temporum Ricchardi Monachi Cluniacenſis*, è Bibliotheca P. Petavij Senat: pariſ: & opuſculis Guilielmi de Sto. Amore præfixam, (indubiè ab eorum recuſore, larvato Ioanne Alithopilo) ſi alius, quàm Palladox proferret, qualiter non vapularet? Quibus non ſannis & ludibrijs exſibilaretur, & pulſaretur? Quantis eum probris, & opprobrijs non exciperet & oneraret faſciculorum conſarcinator? Quem non puduit Sanctiſſimi & Beatiſſimi Pontificis Pij V. Bullam *Etſi Mendicantium* (quam apud Sedem Apoſtolicam & in Eeclesia in ſumma veneratione eſſe, poſtea demonſtrabitur) *putris & fætidi cadaueris* convitio proſcindere. Nos aliud nihil reſ-

pon-

ponsi Innocentianæ Bullæ adferimus, quàm quo nos Innocentij successor Alexander IV. instruxit Neapoli, sub ipsis Pontificatus sui auspicijs, nempe An. 1. vndecimo Kalendas Ianuarij ita decernens. *Nec insolitum est, nec novum, vt ea, quæ per occupationem vel infestinantiam fiunt, pro eo, quòd congruæ deliberationis limina prætereunt, in propensioris discussionis reducantur examen: ut rectiora & elimatiora per attentionem propensioris discussionis emanent. Sanè quædam ab Apostolica Sede tempore fel: record: Innocentij P.P. IV. Prædecessoris nostri litteræ processerunt, in quibus ipse universis Religiosis cuiuscumque professionis, vel Ordinis districtè in virtute obedientiæ injungebat, vt Parochianos alienos in diebus Dominicis, & festis, non reciperent de cætero, in suis Ecclesijs, vel oratorijs temerè ad divina. Nec eis vllatenus in suis prædicarent Ecclesijs, etc.* Quæ inferiùs referuntur c. 3. Eaque omnia verbotènus repetens, & denuò revocans, ac irritans ipsemet Pontifex in suo diplomate, *Quædam a Sede Apostolica*, dato Laterani eodem an: Pontificat: secundò Idus Septemb: executionem istarum revocatoriarum Episcopis, Spoletano, & Assisiensi seriò injungit, & ait: *Præfatas litteras* Innocentij IV. *& si quæ aliæ super prædictis, vel eorum aliquo contra præfatos Religiosos, vel aliquos ex ipsis, generaliter vel specialiter, præter formam communem, & solitam processere, ac mandata seu præcepta facta in eis, vel earum*

earum authoritate, duximus penitùs revocanda; Venerabilibus Fratribus Nostris universis Archiepiscopis, Episcopis &c. Nostris dantes litteris in mandatis, vt per huiusmodi litteras, vel occasione mandatorum seu præceptorum, aut sententiæ, quæ continent, nihil prorsus agerent: cum nullam ex tunc haberent efficaciam, vel vigorem. Sed sicut intelleximus, nonnulli Episcopi &c. Dilectis filijs Fratribus Ordinis Minorum post huiusmodi revocationem Nostram inhibere generaliter vel specialiter præsumpserunt, ne in locis suæ jurisdictionis prædicent &c. Inhibent quoque Parochianis suis, prædictis Fratribus sua confiteri peccata, ne hâc occasione ad ipsos accedere, & Fratribus, ne aliquos in suis Ecclesijs recipere ad divina præsumant. Alias quoq; in talibus ijdem Prælati & Sacerdotes, eosdem Fratres gravare, ac molestare non cessant, in animarum suarum periculum, ipsorumq; Fratrum injuriam, ac scandalum plurimorum. Nos pati nolentes, quòd aliquid intentetur in ipsorum Fratrum præjudicium, & gravamen &c. Fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus præmissa omnia solemniter per vos, vel alios denuntiare curetis, non permittentes prædictos Fratres, eorumque Ordinem contra huiusmodi revocationem, & Constitutionem Nostram, ab aliquibus molestari; molestatores & contradictores huiusmodi per censuram Ecclesiasticam, appellatione postpositâ, compescendo. Non obstantibus &c. Alexandri diploma caſſans & revocans Innocentij litteras, poſtea confirmavit Bonifacius IX. B. *Super Gregem.*

gem. addens. *Cum autem à nobis quædam litteræ Apostolicæ ejusdem Innocentij in effectu conformes sub data 4. Nonas May. Pontificatus Nostri An.* 12. *emanaverint, Nos Alexandri vestigijs inhærentes, præfatas Nostras litteras, & omnia in ipsis contenta, Authoritate prædictâ, & ex certa scientia, tenore præsentium revocamus, ac carere volumus omni robore firmitatis.*

Propera nunc ocyùs in Palladociam fasciculator Dalogice, & ad tuos illos famosorum, proscriptorumq; libellorum, ac tractatuum Authores & Patronos, hæc Apostolica scripta, (quæ per extensum invenies in Emanuele Rodriguez, tom. 1. Privileg. in Alexand. IV.) defer, vt videant quo loco habenda sit Bulla præfata Innocentij IV. *per occupationem, & infestinantiam, præter formam communem, & solitam,* sub, & obreptitiè extorta; & propterea *penitùs revocata*, adeoque *nullum ex tunc habens efficaciam, vel vigorem:* sedulòq cum illis tandem perpende, ad quæ ex conscientiæ dictamine, & justitiæ debito obligentur, qui recessitis famosis libellis, aliisq; similibus, etiam contra expressa Sedis Apostolicæ mandata, Regulares infestare, *gravare, ac molestare non cessant, in animarum suarum periculum, ac scandalum plurimorum.* Et dispice, an hoc sit, quod tu garris pag. 13. summi Ponti-

„ficis,

„ficis, Deo simillimi, Deiq; vices agentis dig-
„nitatem fallacibus blanditijs in rem Men-
„dicantium compositis prodi ab Analecte
„veriùs, quàm attolli. Scilicet, quàm egregiè
in Palladiocia tua attollatur, & suspiciatur
Pontificia Majestas, *Cartesius*, *Instructio ad Tyronem*, *Montaltius*, *VVendrochius*, *Traductio novi testamenti in linguam Gallicam*, *Rituale D' Aleth*, *Quæstiones de quantitate Eleemosynæ & valido Mendicante*, & similia sine numero opuscula ab Apostolica Sede proscripta, tamen ibidem edita, aut recusa, aut venalia, & vel ipsa Bulla Innocentij IV. penitùs revocata, imò & theses sæpè & publicè propugnatæ, & dictata discipulorum calamis excepta, quin & ipse Dialogus tuus & fasciculi, luculentissimè probant & testantur. Quamtumvis enim pag. 12. simules te recognoscere summi Pontificis potestatem in concessione Privilegiorum contra quæcumq; Canonum decreta, dictitesq;
„quòd nusquam gentium id negaverit
„fasciculator: dum tamen addis, falsum esse,
„quòd Canones fasciculo tertio adducti in-
„telligendi sint de casu, quo determinant
aliquid esse de jure divino, (quæ verba S. Thomæ sunt cap. 2. referenda) evidenter convinceris, te Apostolicæ Sedis Authoritatem succidere, & tibi ipsi contradicere.

Nam

Nam ſi Canones iſti non loquantur *de illis quæ ſtatuta Sanctorum determinaverunt eſſe de Iure divino*, ſed de illis etiam, *quæ determinaverunt eſſe de Iure poſitivo*, quòd tu contendis, igitur ex illis vis concludere, quòd Romanæ Sedis Authoritas non poſſit aliquid condere, vel ſtatuere contrà ſtatuta SS. Patrum: cùm hoc tibi propoſitum ſit, & eo fine Patrum decreta adducas, vt oſtendas, quod *Canones ſolvere, ſit in Religionem committere.* Et nonne hoc ipſiſſima verba tua, quæ pro concluſione ad calcem Capitis tertij apponis, clariſſimè evincunt? " Ex his (infers) & infinitis „pene alijs, undequaque evidens eſt, ſanctam „Sedem adeò religioſè Concilia & Conciliares Canones olim obſervaſſe, ut piaculùm, „arbitrata ſit, illis vel in atomo contravenisſe. Igitur fatearis neceſſe eſt: piaculum eſſe, & in religionem committere Pontifices, ſi Conciliaribus Canonibus aliquid contrarium ſtatuant.

Vide ſis, Dialogiſtes, quomodò tibi conſtes & cohæreas: nec te juvare quicquam, nec excuſare clauſulas derogatorias, quas in ſubſidium fruſtra trahere laboras, infra cap. 6. pateſcet. Oportet eſſe memorem ſui potiùs, quàm adhuc maledictis inceſſere Analectê, & illi æquè, ac exhibitori SS. Canonum mendacia

dacia audacissimè objicere. Audes dicere P. 15. Exhibitionem Canonum non pauca continere, *quæ si non lupum, certè Christianum dedecent*. Et post recitata quædam illius asserta, exclamas pag. 16. *Pudet me insignis, edepol, mendacij!* Quin imò me pudet, & miseret tui, Dialogice, qui eò te passus es abripi, ut Viro isti Eximio, ac Religiosissimo, tantique nominis Doctori, in os ac faciem mendacium inverecundissimè improperes. Absit ut hæ Palladocum tuorum urbanitates sint, ac elegantiæ, quas honestorum nemo dixerit esse virorum, & vel ipsum vile vulgus diceret solis scurris esse familiares. Credi id potuisset imprudentis calamo elapsum, nisi ex Sophocle, & S. Ambrosio seriam & gravem adjecisset monitionem de fugiendo mendacio, eo quòd, *Omnes qui amant mendacium, filij sunt Diaboli.* Et quod pejus est, pag. 17. insuper, non dubitasset Fasciculatoris pariter secum rei defensionem suscipere, dicens: " Mirum non esse si Fasciculator fer- " ventiùs in Mendicantes fortè invectus sit, *imitatus Apostolos, & Patres, qui induti zelo veritatis pro ea ignitum eloquium spirantes, errorum stipulas divino fervore inflammabant: Illud Apostoli cogitantes; Charitas Christi urget nos. Verborum quippè illo æstu, & quasi intemperantiâ charitatis & (ut cum Cy-*

priano

priano loquar) quodam calore gloriæ, cæterorum animos ad falsitatum huiusmodi odium, & aversionem incendere conabantur.

Ecquis hæc legens, ad tam sacrilegorum verborum impietatem non exhorrescat? itane verò Fasciculator imitatur Apostolos, & Patres, quando hæretico ore, & calamo effutit Religiosos Ordines, *esse turbas illos, quæ de pera & mantica vivunt, Tenebriones, & Sycophantas, Impostores luculentos, & falsarios insignes, aquâ & igni interdicendos*? Hæcne divini fervoris incendia sint, & flammæ? Nemo unus scelestissimorum etiam hæreticorum, adeò blasphemus, vt id credat, & dicat. Sicne rapiat, & vrgeat Christi Charitas, vt in mendaciorum improperia impellat, & calumnias, & opprobria? Tune tibi persuasum habeas, Dialogistes, cæterorum animos ad falsitatum odium *quodam calore gloriæ* incendi, simul ac in pag: tua 10. legent, quæ Religiosorum Ordinum hominibus inscribis? nimirùm illos esse *qui infirmi gregis fortunis piè, vt putant, insidiantur, etsi habitum mutarint, animum tamen retinuerunt, solitò etiam propter cucullum, elatiorem, & vani gloriâ turgidiorem: vnde fit vt animalia gloriæ sint.* Meliore jam jure à te quæsierim, quod pag: 16. tu à Cappadoce. *Siccine Philosophantur in Palladocia*? Sanè Cappadoces religio-

religiosiores discipuli sunt Apostoli Pauli a quo didicerunt, quod *Charitas omnia suffert, omnia sustinet, non cogitat malum* pro malo reddere, sed potiùs dare locum iræ.


Quare ijs prætermissis, ac neglectis; ne in illatis convitijs odia credantur exerceri, animus non est, hoc libello ista refellere, nec dissidia suscitare, nec alienum jus involare, vel surripere, nec parochialium templorum frequentationem turbare, vel expungere, *quia sicut* cum S. Gregorio lib. 2. Epist. 39. *Nostra defendimus, ita singulis quibusque Ecclesi[...] sua jura servamus: nec ulli hoc, quod sui juris est ambitu stimulante derogamus*, Cap. *de Ecclesiasticis* 25. *q.* 2. Sed iustæ dumtaxat defensionis clypeum obtendere adversùs quotidianas maledicorum imposturas ac proba; quibus clam & palam, in privatis, æquè ac pubilicis sermonibus pia Religiosorum studia, ac in Ecclesiam Catholicam merita invidiosè sugillant, erectas apud eos confraternitates malignè proscribunt, concessas ab Apostolica Sede indulgentias exsibilant, indulta privilegia eorumque legitimam possessionem & usum certatim impetunt, qui Guilielmo de S. Amore sectatores, eius hâc tempestate impietates ac damnatos errores resuscitare totis viribus laborant, eorum instinctu ac patrocinio,

qui nihil aliàs crepant & buccinant, nisi *charitatem & veritatem.* Atque adeò unum hìc propositum est, Religiosorum Ordinum indemnitati prospicere, & ea, quæ iuris sui sunt, religiosâ modestiâ exponere, Apostolicas sanctiones, quæ Ordinum Mendicantium, ac Societatis JESU Ecclesias, quoad Divini Verbi, ac sacrificij Missæ auditionem, Parochialibus æquant, in memoriam reducere, ac exponere: non multo id quidem, aut operoso molimine (quid enim illo opus in re tam clara ac conspicua?) sed brevi facilique compendio, ac *sollicitudine semper servandi unitatem spiritus in vinculo pacis.*

Et Quia S. Sedis Authoritas illo iterùm dogmate deprimitur, ac violatur, quod olim præstruxit, & eisdem quidem, quibus illi, fundamentis, (ut mox patebit) Guilielmus de S. Amore, (ea propter per Alexandrum IV. & S. Ludovicum regno Galliæ exclusus, omniumque Ordinum functionibus, docendi, ac prædicandi facultate, gradibus, officiis & beneficiis perpetuò exutus) atque illud hoc item tempore studiosissimè inculcatur, nempè, non posse summum Pontificem Regularibus ista, quæ proferunt, Privilegia dare adversùs Conciliorum, ac Canonum decreta, ejus contrarium hic paucis

cis priùs demonstrandum, quod apud alios Theologos, & Canonistas posteà citandos fusiùs pertractatum videri potest.

Hoc unum te monitum velim, quòd propter libellos supra memoratos post primam Analectorum excusionem, (quæ cruda satis, & nimis præcipitata fuit) editos, oportuerit huic secundæ plura addere, eaque in meliorum ordinem redigere, & correctionis limam adhibere. Ingenuè autem, sanctèque profiteor, nullum omnino in toto tractatu verbum, in unum aliquem signanter dirigi, ad cuiuspiam æstimationem sugillandam, aut in minimo delibandam. Verùm intactis, personis, non cum adversantibus, sed cum adversantium dictis, obiectis, & scriptis res est. Quod & facile erit percipere, modò pari pacati animi serenitate, quâ legendus proponitur, pervolvere lubeat.



CAPVT. I.

Potest summus Pontifex specialia aliquibus Privilegia concedere, etiam contra generalia Conciliorum Decreta.

INter damnatos Guilielmi de S. Amore, ejusque sequacium errores, unus ille erat, quòd Religiosi *nec privilegio Apostolicæ Sedis possint prædicare, aut confessiones audire, &c.* sicut videre est in S. Thom. Opusc. contra impug. Relig. c. 3 & 4. ubi subdit. *Quidam novellum sibi statuentes errorem, in tantam prorumpunt audaciam, ut asserant non solùm propter Religiosorum conditionem, sed etiam propter Episcoporum impotentiam, non posse per Episcopos Religiosis prædicta committi, absque Parochialis Sacerdotis voluntate. Et quod etiam perniciosius est, non posse eis hoc ipsum, asserunt, per Apostolicæ Sedis privilegium indulgeri*; allegantes ad hoc probandum plures authoritates & Canones, infrà referendos, quos eorumdem modò sectatores etiam producunt ad evacuanda Religiosorum

rum privilegia, & Apostolicam Authoritatem.

Contra quos firma stat Catholica doctrina, tradens Apostolicæ Sedis,& potestatis esse, hujuscemodi privilegia Regularibus tribuere.

Quod ex eo statim percipi potest,quòd Papa Romanus nullum habeat in terris superiorem,sed ipse habeat *plenitudinem potestatis in Ecclesia,ita scilicet,quòd quæcumque sunt instituta per Ecclesiam,vel Ecclesiæ Prælatos, sint dispensabilia à Papa*, vt docet S. Thomas quodl: 4.a. 13. siquidem etiam ipsa Concilia Generalia,eorumq; acta, ac Canonum statuta omnem suam vim, ac firmitatem ab ipsius authoritate,ac confirmationem obtinent. Quod Symmachus in Romana Synodo præsidens edixit. Apostolicæ Sedis Præsul, *merito B. Petri Apostoli per vniversum orbem primatum obtinens Sacerdotij, statutis synodalibus consuevit tribuere firmitatem.* Cap. *Benè.* dist. 96. & luculentè Paschalis scribit Panormit. Episc. *Ajunt in Concilijs statutum non inveniri. Quasi Romanæ Ecclesiæ legem Concilia ulla præfixerint. Cùm omnia Concilia per Romani Pontificis authoritatem, & facta sint, & robur acceperint, & in eorum statutis Romani Ponificis patenter excipiatur Authoritas.* Cap. *significasti.* Tit. de elect. Quare & ipsa sancta synodus

Tridentina, vti testatur in Bulla confirmato. his verbis Pius IV. *Antiquorum etiam Conciliorum vestigijs inhærens, decretorum suorum omnium, quæ Nostro & Prædecessorum Nostrorum tempore facta sunt, confirmationem à nobis petijt, decreto de ea re in publica sessione facto.* Cùm jam etiam in ejusdem sessionis, quæ fuit 25. de reformat. capite ult. ita sanxisset: *Sancta Synodus omnia & singula sub quibuscumque clausulis, & verbis, quæ de morum reformatione, atque ecclesiastica disciplina, in hoc sacro Concilio statuta sunt, declarat; ita decreta fuisse, vt in his salva semper Authoritas Sedis Apostolicæ, & sit, & esse intelligatur.*

Ex quibus consequens est primò. Quod summus Pontifex plenariam habeat, ac omnimodam super jure positivo Ecclesiastico potestatem, ac dispositionem. Innocentius III. cap. *proposuit*, de concess: Præbend. & cap. *per venerabilem*, qui filij sint legit. & cap. *Innotuit*, de elect. Doctores ibid. Magdalen. de numero test. in testam. requis. p. 1. cap. 23. num. 1. Felician. de Vega ad cap. 4. 5. de addult. de jud. n. 34. Albert de agnosc. assert. q. 23. à n. 30. Borgas. de irregul. tit. de homic. à n. 3. Dionys. Paul. de vera quat. Patriarch. sed erect. cap. 3 n. 54. Covar. lib. 3. variar. cap. 6. n. 1. v. 2. Menoch. consil. 157. n. 11. Sayrus in clavi regia lib. 3. cap. 10. n. 6. Barbosa, ac ab

eo citati lib. 1. juris Eccleſ. cap. 2. à num. 97. Cardinal Tuſ. Hoſtienſ. Bald. Tiraquel. Alex. aliique communiter.

Secundò quòd poſſit quibusvis conſtitutionibus Eccleſiaſticis, quæ fidei ſubſtantialia non continent, derogare ac tollere. Gloſſa verb. *reſeratis* in proœm. Decret. & verb. *Concilium.* in cap. *ubi periculum*, de elect. lib. 6. Card. Pariſ. 68. à. p. 397. Flamin. de confiden. q. 3. n. 28. Machado tom. 2. lib. 4. p. 7. tract. 4. docum. 11. n. 5. Et contra Conciliorum decreta diſpenſare, vt in cap. *Licet*, in fine, de ſponſ. duorum, & cap. *diſcretionem*, in fine, de eo qui cognovit conſang: & Doctores ante citati cum innumeris alijs. Ideoque per ipſum mutari ac temperari poſſunt *pro varietate rerum, locorum, & temporum, regulæ ſanctorum Patrum*, juxta S. Gregorium diſt. 29. cujus quàmplura exempla vide in Brun. Chaſſaing tr. 1 cap. 1. propoſit. 4. Propterea S. Bernard. in fine lib. 4. de conſiderat. rectè ipſum appellat, *Legum moderatorem, Canonum diſpenſatorem.*

Tertiò denique, quòd ipſe poſſit omnibus & ubique ſive Religioſi ſint, ſive non, directè privilegia concedere, utpotè *Canonum Conditor.* Nicolaus 1. cap. *Conqueſtus.* 9. q. 3. *Primates enim, vel Patriarchas nihil privilegij habere præ cæteris Epiſcopis, niſi quantum ſacri Canones concedant*

dunt, & prisca consuetudo illis antiquitùs contulit, definimus: ita vt secundùm Nicænas regulas suà privilegia serventur Ecclesiis: præterquam si Apostolica Sedes aliquam Ecclesiam, vel ipsius Rectorem quolibet speciali privilegio decreverit honorare. Glossa singularis ad calcem q. 2. caus. 25. Sylvester. ver. *Privilegium* citans Hostiensē, Tamburinus tom. 1. de jure Abbat. disp. 16. q. 1. & antè citati Authores omnes. Ratio idem convincit. Nam cùm privilegium dicatur speciale ac privatum jus contra vel præter, vel ultra jus commune indultum; illius est illud concedere, qui juri communi superior est, qui illud valet immutare, temperare, relaxare, tollere, ab eo subditos eximere, (privilegio enim eximitur quis ab obligatione legis) ac novum jus condere; vt passim omnes vtriusque juris periti, Ex allegatis autem patet hæc omnia pertinere ad potestatem Papalem, *cui semper licuisse novas leges condere definivit Vrbanus* I. c. *sint quidam*: 25. q. 1. Manifestum igitur est, ipsum posse Regularibus privilegia impartiri: quæ licèt ante concessionem sint aliquando contra jus commune, concessa tamen sunt jus commune: ita in terminis de Graffis decis. 1. n. 6. de verb. signif. Rota decis. 33. n. 17. de præb. Sanctarel. var. resol. q. 16. n. 7. Moronus Resp. 99. n. 120.

n. 120. Anton. à S. Spiritu in direct. Regul. tract. 1. diſp. 1. ſect. 5. n. 12.

Latiùs eandem veritatem confirmant & probant S. Thom. Opuſ. contra impug: Relig. cap. 4 & fuſiùs Chaſſaing. loc cit. propoſ. 2. q. 5. & 6. alijque infrà citandi, qui conſuli poſſunt. Illamque uſus illius poteſtatis, quam à pluribus centenis annis exercuerunt ad hæc uſque tempora Romani Pontifices, patenter evincit; docent Bullaria & Archiva Vaticana tabulis authenticis privilegiorum Monachis ac Religioſis ampliſſimè indultorum referta: agnoſcit univerſalis Eccleſiæ ſenſus, ac adſtruit Oecumenicorum Conciliorum conſenſus. Et adhuc dicere, ea ſine debita authoritatis poteſtate eſſe collata, quid eſt aliud quàm tot, tantosque ſanctiſſimos, & ſupremos Dominici ovilis Paſtores continuæ uſurpationis, prævaricationis, ac impietatis damnare? eorumque authoritatem cum hæreticis explodere, ac evacuare? imò & ſibi ipſi repugnare? Cùm fateri cogantur, plura Regularium privilegia corpori juris Canonici inſerta, adeoque parem cum reliquis Canonibus obtinere authoritatem. Quæcumque etiam alia toti alicui Religioni conceſſa, æquantur legi, ac habenda ſunt per indè ac ſi eſſent corpori juris indita juxta Bonacin. Henriquez

riquez Salas, Azor: quos refert & sequitur Tambur, disp. cit. quæst. 5. n. 14. Sanchez de Matrim: lib. 8 disp. 1. n. 13. Moron. l. c. n. 119. citans Rodriquez Bordon. tom. 2. resolut. 52. n. 24. Et hujus extat expressa definitio Nicolai PP. cap. *Si Romanorum*, distinct. 19. in hæc verba: *Restat quòd decretales Epistolæ Romanorum Pontificum sint recipiendæ, etiamsi non sint codici Canonum compaginatæ, quoniam inter ipsos Canones unum B. Leonis capitulum constat esse permistum, quo ita decretalia constituta Sedis Apostolicæ custodiri mandantur, vt si quis in illa commiserit noverit sibi veniam denegari. Ait enim decimo suarum decretalium. Ne quid verò sit, quod prætermissum à nobis fortè credatur, omnia Decretalia constituta tam beatæ recordationis Innocentij, quàm omnium Decessorum nostrorum, quæ de Ecclesiasticis Ordinibus & Canonum promulgata sunt disciplinis, ita à vestra dilectione custodiri mandamus, vt si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps noverit denegari. Dicendo verò (omnia decretalia constituta,) nullum de Decretalibus constitutis prætermisit, quod non mandaverit esse custodiendum. Itaque nihil refert, utrùm sint omnia, nec ne, Decretalia Sedis Apostolicæ constituta inter Canones Conciliorum immista.*

In Concilio Lateran, sub Alexandro III. relato in cap. 2. de concess. præbend: &c. prohiben-

prohibentur gratiæ expectativæ,& tamē eas, seu nominationes ab beneficia non vacantia concessit Universitati Lovaniensi Sixtus IV. Anno 1483.Kalend. Maij:sicuti & Facultati artium Leo X. 1513. Kalendis Octob:citati in lib. Privileg.Lovanien.pag.66, & 69: Imò quamvis per Concilium Trident. ejusmodi expectativæ fuerint sublatæ Universitatibus etiam, & Collegiis concessæ,eas nihillominus restituit Gregorius XIII. Anno 1572. Kalend. Martij juxta stylum Curiæ.

Ubi observandum & illud venit,nullam à dictis Pontificibus Conciliorum Generalium derogationem fieri, nisi quòd in Gregoriana ejus mentio fiat in illa solùm parte, quâ agitur de evocatione exterorum ad tribunal Conservatoris.

Ut quid ergo ipsimet Academici tam anxiè, tam solicitè, tam anhelè instant, rogant, efflagitant ab Apostolicâ Sede, privilegiorum quibus aliquādò etiam contra Concilij Trid: decreta gavisi fuerunt,restitutionem? Desinant implorare Regum ac Principium patrocinia,interpellare purpuratos Patres,ac summum ipsum fatigare precibus, ac supplicationibus Ecclesiæ Præsulem, si credunt & autumant, non esse Pontificiæ potestatis talia privilegiorum beneficia elargiri.

Multò

Multò æquiùs censuerunt, de illa potestate impartiendi Regularibus privilegia Ioannes Gerson text. 2. in Evangel: Marci licet minùs benè eis afficeretur, & Petrus Camùs eis alioquin infensissimus (quod ejus opera testantur) qui in suo parochiano pag. 368. ita profitetur: *Privilegia Regularium bona, valida, legitima, acceptabilia, sancta ac venerabilia cognosco, & probo.* Et in suo viatore in cog: lib. 2. n. 12. disertis verbis sententiam contrariam dicit *hæreticam & schismaticam.* Conformiter ad Clementem IV. qui in sua constiutione, *Quidam temerè.* Anno 1265. asserit: *De Romano Pontifice erroneum est dubitare, an in omnes, sine alicujus consensu, imò invitis quibuslibet, huiusmodi concedere possit potestatem:* den: se: *liberé prædicandi populis, confessiones audiendi, pænitentes absolvendi.* &c. Hinc & S. Thom. opusc. cit. cap. 3. ita censet: *In his, in quibus Apostolicæ potestati derogant, non solum falsitatis, sed etiam hæresis crimen incurrunt.* Quod ibidem clarè probat. Videant igitur quò se præcipitent, qui ut suis Regulares privilegijs exuant, Apostolicæ Sedi ea impartiendi potestatem denegant.



CAPUT. II.

Ad ea, quæ contrà objiciuntur, reſpondetur.

GUilielmi à Sancto Amore veſtigiis inhærentes producunt adverſùs ea, quæ cap. præcedenti ſtabilita ſunt, Hormisdam in indiculo Legatis ſuis declarantem, *Quod ad Canones pertinet: jam antè ſuggeſsimus, Canones ſolvere, in religionem committere eſt.* S. Leonem Martiano ſcribentem. *Diſpenſatio mihi credita eſt, & ad meum tendit reatum, ſi paternarum regulæ ſanctionum, quæ in Synodo Nicæna ad totius Eccleſiæ regimen Spiritu Dei inſtruente ſunt conditæ, me, quod abſit, connivente, violentur.* (ſed quid hoc ad rem facit, de quâ agitur?) Agapitum in literis ad Cæſar: Arelat: aſſeverantem: *Quòd in nullo contra priſcæ definitionis conſtituta, vel regulas, pro qualibet occaſione, vel ſub cujuscumque perſonæ reſpectu venire præſumimus: ſed divini conſideratione judicij neceſſe nobis eſt, quidquid Synodalis decrevit authoritas, inviolabiliter cuſtodire.* Gregorium I. in epiſt. ad Ioann. Patriarch: Conſtant. dicentem: *Dum Concilia univerſali ſunt conſenſu conſtituta, ſe, & non illa deſtruit, quisquis præſumit, aut ſolvere, quos ligant,*

aut ligare quos solvunt: (Sed quid inde adversùs antè dicta?) Martinum in litteris ad Pantaleonem clarè profitentem, *Canones Ecclesiasticos solvere non possumus, qui defensores, & custodes Canonum sumus, non transgressores.*

Similes canonicos textus ad eundem errorem tuendum olim proferebant prænominatus Guilielmus, ejusque sequaces, qualis est ille: *Contra statuta Patrum condere aliquid, vel mutare, ne hujus quidem Sedis potest Authoritas.* 25. q. 1. cap. 7. & cap. *Sunt quidam.* Adjicique possunt ejusdem causæ, & quæstionis capita reliqua omnia, idem planè significantia ac sonantia: ex quibus undequaque evidens fieri autumant, *grande piaculum esse*, ac *in religionem committi*, si S. Romana Sedes specialibus privilegiorum beneficijs Religiosos honoret. Adeò vt illis tantumdem sit, leges temperare seu moderari, ac eas prævaricari: in legibus dispensare, ac eas violare: à legibus eximere, ac in legem impingere: privilegij gratiam facere, ac in leges peccare: etiamsi moderationis, dispensationis ac privilegij gratia fiat ab eo, à quo leges ac canones authoritatem habent, & cujus Authoritati innituntur, scilicet summo Pontifice, in quo iterùm insigniter errant, uti clare ostendunt Theologi æquè ac Canonistæ omnes in materia de dispensationibus ac Privilegijs.

Unde ad omnia, quæ hic adducta sunt, una est, & communis omnium responsio, quam S. Thomas tradit opusc. cit. cap. 4. His verbis. *Quod ergo obijcitur, quòd Romanæ Sedis Authoritas, non potest aliquid condere, vel mutare contra statuta Sanctorum Patrum, dicendum: quòd verum est in illis, quæ statuta Sanctorum determinaverunt esse de iure divino, sicut articuli fidei, qui determinati sunt per Concilia. Sed illa, quæ Sancti Patres determinaverunt esse de iure positivo, sunt relicta sub dispositione Papæ, ut possit ea mutare, vel dispensare, secundùm opportunitates temporum, vel negotiorum. Sancti enim Patres in Concilijs congregati, nihil statuere possunt, nisi Authoritate Romani Pontificis interveniente, sine qua etiam nec Concilium congregari potest. Nec tamen Papa quando aliquid aliter facit, quàm à Sanctis Patribus statutum sit, contra eorum statuta facit: quia servatur intentio statuentium, etsi non servantur verba statutorum, quæ non possunt in omnibus casibus, & in omnibus temporibus observari, servatâ intentione statuentium, quæ est utilitas Ecclesiæ, sicut & in omni iure positivo accidit.*

Et amplectuntur Couvar. de sp. p. 2. c. 6. §. 9. Card. Tusc. tom. 6. lit. D. concl. 49. n. 54. Barbosa l. c. n. 96. Azorius part. 2. instit. moral. lib. 5. cap. 14. part. 4. Sylvius controvers. lib. 5. q. 2. art. 7. ad 7. Chassaing

ing ibi supra propos. 4. Et certè diligenter consideranti recitatos Canones, & expendenti materiam, de quâ in iis agitur, ac antecedentia & subsequentia, illicò patebit sermonem, esse de iis, quæ circa fidem, vel jus naturale, vel divinum Patrum decreta sanxerunt, sicut in cap. *Sunt Quidam*, statim perspici test. Subdit autem aliquid bene notandum Angelicus Doctor. *Nec hoc est verum, quòd Papa non possit aliquid facere contra Apostolum. Dispensat enim cum bigamo, & in pœna, quam Canones Apostolorum statuerunt Præsbytero fornicanti. Ex decreto autem inducto* (sunt quidam) *non potest amplius haberi, nisi quòd* Papa *non potest destruere Canonicam Scripturam Apostolorum & Prophetarum, quæ est Ecclesiasticæ fidei fundamentum.*

Si quis dicat, citatorum Canonum aliquorum, qui de disciplina Ecclesiastica sanciunt, inviolabilem observantiam summis commendari Pontificibus.


Responsio Glossæ ibidem in promptu est, quæ quia singularis est, ac egregria, operæ pretium est hic eam transcribere. *Sacrosanctæ Romana Ecclesia jus, & auctoritatem Sacris canoni impartitur, sed non eis alligatur. Habet enim jus condendi canones: ut pote quæ caput est, & cardo omnium Ecclesiarum: à cujus regulâ nemini dissentire licet. Ita ergo Canonibus auctoritatem*

præstat

præſtat, ut ſeipſam non ſubijciat eis. Sic & ſummæ Sedis Pontifices Canonibus ſive à ſe, ſive ab alijs ſuâ Authoritate conditis reverentiam exhibent: & eis ſe humiliando ipſos cuſtodiunt, ut alijs obſervandos exhibeant. Nonnunquam verò ſeu jubendo, ſeu definiendo; ſeu aliter agendo ſe decretorum Dominos, & Conditores eſſe oſtendunt. In præmiſſis ergo capitulis, alijs imponitur neceſsitas obſequendi: ſummis verò Pontificibus oſtenditur ineſſe Auctoritas obſervandi: ut à ſe tradita obſervando, alijs non contemnenda demonſtrent, exemplo Chriſti, qui Sacramenta quæ Eccleſiæ ſervanda mandavit, primò in ſeipſo ſuſcepit, ut ea in ſeipſo ſanctificaret. Oportet ergo primam Sedem, ut diximus, obſervare ea, quæ decernendo mandavit, non neceſsitate obſequendi, ſed Auctoritate impartiendi. Licet itaque ſibi contra generalia decreta, ſpecialia privilegia indulgere, & ſpeciali beneficio concedere, quod generali prohibetur decreto. Quamquam ſi decretorum intentionem diligenter advertamus, nequaquam contra Sanctorum Canonum auctoritatem aliquid concedere invenietur. Sacri ſiquidem Canones ita aliquid conſtituunt, ut interpretationis auctoritatem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ reſervent. Ipſi namque ſoli, Canones valent interpretari, qui jus condendi eos habent. Cùm ergo aliqua privilegia ab Apoſtolico aliquibus conceduntur; etſi contra generalem legem aliquid ſonare videatur, non

tamen contra ipsam aliquid concedere intelliguntur: cum ipsius legis authoritate privilegia singulorum penes Matrem omnium Ecclesiarum reserventur.

Inconcussa igitur manet Catholica veritas, & Pontificia Authoritas, cui nihil obstat, quin *valeat quoslibet suis privilegijs præmunire, & cui licet contra generalia decreta, specialia privilegia indulgere, & speciali beneficio concedere, quod generali prohibetur decreto.*



CAPUT. III.

Per summorum Pontificum indulta Regularium Ecclesiæ ab Episcoporum jurisdictione ac potestate sunt exemptæ.

ADeò amplum, ac illustre est exemptionis beneficium, & singulare ornamentum, quo insignita refulgent Regularium Monasteria, Ecclesiæ, Personæ, resque omnes, vt valdè mirum non sit tanto splendore ægros plurimorum oculos perstringi, & feriri. Ejus ab antiquo originem aperit S. Gregorius PP. VII. Cuniberto Episcopo Taurinensi ita scribens lib. 2. Epistolarum Epist: 69. *Numquidne existimas Episcopos hanc in pastorali regimine potestatem atque licentiam suscepisse,*

piſſe, vt Monaſteria, quæ in ſuis Parochijs conſiſtunt, quantum velint, opprimant, & ſtudium religionis, ſuæ prælationis occaſione, hæc & illa potenter exigendo, & poteſtatem ſuam exercendo, comminuant? An ignoras, quod Sancti Patres plerumque & Religioſa Monaſteria de ſubjectione Epiſcoporum, & Epiſcopatus de Parochia Metropolitanæ Sedis propter infeſtationem præſidentium diviſerunt, & perpetuâ libertate donantes, Apoſtolicæ Sedi velut principalia Capiti ſuo membra adhærere ſanxerunt? Percurre Sanctorum Patrum privilegia, & invenies ipſis etiam Archiepiſcopis, officium, niſi fortè ab Abbate vocatis, in pleriſque cænobijs facere, prohibitum eſſe. Refert autem ſe ad exemptiones factas à ſummis Pontificibus Ioanne III. Gregorio Magno. Bonifacio IV. Sacharia, alijſque, qui enumerantur apud Renatum Choppin: in Monaſtic: & Clementem Reiner: de antiquit: Benedict: in Anglia, & Chronic. Caſſin:

Ex inde iſta perpetuæ libertatis plena donatio à quacumque iurisdictione, ſuperioritate, ac authoritate Ordinariorum, quâ modò gaudent Regulares, tot ſummorum Pontificum conſtitutionibus, (quas extenſè recitant Tamburin: tom: 4. de jure Abb: diſp: 15. q. 4. Rodriquez, Confectius, alijque) eſt firmata & ſtabilita, vt palàm communibus juris publici tabulis inſcripta cap. *Nimis*

iniqua 16. & cap. *Nimis prava* 17. de excess: Prælat: Clement: 1. de eod., Clement: 2. de censibus, & per Sixtum IV. in mari magno Prædicat: pronuntiata ex tunc sit esse *Notoria*, quæ deinceps aliter allegari in judicio non debeat; Vnde & in Concil: Trident: Regulares, eorumque Ecclesiæ, quod observavit Navarrus in cap: *Non dicatis* num: 8. & in cap: *Nullam* 18. q. 1. n. 40. & sequent: exempti, & exemptæ passim appellantur.

Quam rem, cùm Theologi æquè, ac Canonistæ plenis voluminibus dignoscātur certatim comprobasse, ac elucidasse, neutiquam opus erit longâ disputatione defensionem instituere de personali, vel reali Regularium exemptione a potestate ac jurisdictione cujuscumque Ordinarij, tam coactiva, quàm directiva; de quibus latissimè tractant Authores hoc Cap: specialiter nominandi. Sed satis erit paucula quædam, & singularia de cultus divini, sacrorumque Officiorum in Ecclesijs Regularium, præsertim Mendicantium, libertate summatim delibasse.

Pro qua imprimis facit Nicolaus III. infra cap. XI. referendus, deinde Nicolaus IV. Bul: *Dum solicitæ considerationis*, his verbis. *Nos* (FF. Ord. Præd.) *& dictum Ordinem, ac Ecclesias, Oratoria, domos, & loca vestra in quibus habitatis &*

& habitabitis, tum etiam inhabitaveritis, cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis, à cuiusvis alterius jurisdictione, ac potestate omnimoda prorsus eximimus de gratia speciali, decernentes ex nunc eumdem Ordinem, ac Personas, Ecclesias, Oratoria & loca præfata soli Romano Pontifici, & Romanæ Ecclesiæ tam in spiritualibus, quàm in temporalibus, absque ullo medio subiacere.

Idipsum totidem fere verbis ipse concessit FF. Minoritis 1288. Bull. *Quia nonnulli*. Concesserunt FF Eremitis S. Augustini, Bonifacius VIII. FF. Carmelitis Ioannes. XXII. ac confirmarunt Eugenius IV. & Sixtus IV. in mari magno singulorum; à quo ibid: *Locorum Diœcæsanis, & alijs Ordinarijs districtius inhibetur, ne quispiam absque dictæ Sedis speciali commissione, & authoritate in personas, domos, & loca huiusmodi, aliquam præeminentiam, superioritatem, & iurisdictionem quomodolibet exercere præsumat.*

Consequenter locorum Diœcesanis adempta est facultas visitandi Ecclesias, ac Monasteria Regularium, sicut expressè declarunt Cælestinus V. An. 1294. Bull: *Etsi cunctos* § 24. quæ per Eugenium IV. An. 1434. confirmata est ex certa scientia Bull: *Ad decorem.* Vrbanus VI. An. 1379. Bull: *Sacrosancta.* Item Confirmatâ ab Innocentio. VIII. an. 1487. in Mari magno Servit: Et Gregorius

XII. An. 1408. Bul: *Excitat nostræ* Sixtus 14. An. 1474. Bull: *Sedes Apostolica* § 7. Sed ista potestas competit ipsis Regularium superioribus ex definitione Concil: Trident: sess: 25. cap. 20. de Regular: ubi & statuit: *Vt in cæteris omnibus præfatorum Ordinum privilegia, & facultates, quæ ipsorum Personas, loca, & iura concernunt, firma sint & illæsa.* Adeòque illam Episcopis non competere, ne quidem vt Apostolicæ Sedis delegatis ostendunt Cochier p. 4. de Iurisdict: Ordin: in Exemp. q. 23. n. 3. Mendez de Castro in praxi Lusit: lib. 2. cap. 3. Barbosa de potest: Episc: allegat. 74. n. 2. qui & in collect: ad Concil: Trident: sess: 25. cap. 11. de regul: n. 8. adfert declarationem Card: quam etiam citant Quaranta in sum: V. Privileg: Regul: Rodriquez tom. 1. q. 86. art. 4. Peyrin: ad 2. Constitut: Sixti IV. § 10. n. 4. alijque plures in hæc verba. *Congregatio Concilij censuit, Episcopos, aut alios locorum Ordinarios, vigore cuiusvis decreti, eiusdem Concilij nullam habere facultatem, quovis tempore in Monasterijs, domibus; & Ecclesijs Regularium exemptorum, quibus non imminet cura animarum Personarum secularium, visitandi Sacristias, paramenta, vasa sacra, altaria, & alia huiusmodi, aut etiam tabernaculum seu pixidem, in qua sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum asservatur.*

Eam-

Eamdem denuò confirmavit S. Congregatio, dato ad Archiepiscopum Genuensem, qui,in contra,possessionem allegabat, tali rescripto. *Cum actum fuerit in sacra Congregatione Cardinalium Concilij Trid: Interpretum, an liceat Amplitudini suæ pergere in quasi possessione Ecclesias Regularium visitandi, Illustrissimi Patres perspectis scripturis, huc ab Ampl: Tua non ita pridem delatis, censuerunt debere eam abstinere abhuiusmodi visitatione Monasteriorum atque Ecclesiarum, Regularium exemptorum, quibus cura animarum sæcularium non imminet. Reliquum est vt Ampltud. Tua Sacræ Congregationis responso promptè, quod suis litteris pollicetur, adhæreat. Romæ die 26. Ian: 1619. Cardinal. Lancellotus.* Nec his obstat Trid: Cap. 8. sess. 7. ubi dicitur: *Locorum Ordinarij Ecclesias quascumque, quomodolibet exemptas, Authoritate Apostolicâ singulis annis visitare teneantur.* Cui conforme est cap. 8. sess. 21. tale habens initium. *Quæcumque in Diœcesi ad Dei cultum spectant ab Ordinario diligenter curari, atque ijs, ubi oportet, provideri æquum est.*

Siquidem primum locum intelligendum esse de Ecclesijs sæcularium exemptis, patenter demonstrat supra citatum Cap. 20. sess. 25. quocum alioquin pugnaret: imò nequidem ab Episcopis visitari posse altaria, & sacella, licet per sæcularium Confraternitates

tes constructa in Ecclesijs Regularium, ostendit Aldan: in Compend: Canon: resolut: lib. 1. titul. 7. decisum à S. Congregatione Episcoporum in Tapien: 21. Augusti 1615. & in Terracinen: 22. Ian: 1616. Secundus verò locus apertè loquitur de commendatis Monasterijs, *in quibus non viget regularis observantia*; quæ si in illis vigeat, tunc paternis monitionibus Episcopi vti debent, vt eorum superiores provideant.

Sicque satis patet, qualiter & ubi incumbat Episcopis curare, providere & visitare, quæcumque (scilicet in sæcularium Ecclesijs, quantumvis exemptis, & in monasterijs commendatis, vbi non viget Regularis observantia) ad Dei cultum spectant. Vnde Riccius lib. 5. Lucrabat: Eccles. cap. 15. & Novar: in sua lucer: Regul: cum alijs multis latè probant, dicta Trident. decreta non procedere in exemptis, qui in proprijs Ecclesijs habent iura Episcopalia. In illis enim, quia superior est loco Episcopi, sufficit, quòd visitatio fiat per eum, & provisio eorum, quæ ad cultum divinum spectant: & Episcopus ijs sese amplius ingerere non potest.

Per nullum igitur Concilij Trid: nec S. Congregationis decretum facultatem obtinent

nent Episcopi exercendi aliquem alicuius Superioritatis, vel Authoritatis actum in Ecclesijs Regularium, quibus non incumbit cura animarum Personarum sæcularium, circa altaria, ornamenta, officia divina, cultum sacrum &c. sed eorum plena & libera dispositio spectat ad Regularium superiores, etiam quoad suos consuetos ritus, & ceræmonias, in quibus nihil immutare, vel præscribere Episcopis fas est. Quamvis enim dies festos ab Episcopis institutos etiam à Regularibus servandos Concilium Trident. decernat Sess. 25. de Regul cap. 12. istud tamen decretum, *Congregatio Concilij censuit ita esse intelligendum, ut Regularium ritus illis festis semper maneant, quoad Missas celebrandas, & cætera divina officia, tam publicè, quàm privatim ab ipsis Regularibus in eorum Ecclesiis persolvenda: nec circa hæc, ab ipsis quoquo modo quidquam contrarium eisdem Regularibus præcipi posse: quòd si de facto præceperint, Regulares neutiquam ipsis Episcopis obedire teneri &c.* Uti attestantur Quaranta l. c. Piasec. in praxi Episc. P. 2. cap. 3. Vgolin. de officio Epis. cap. 20. §. 3. Laurent. Peijrin. ad Constitut. 28. Leonis X. Num. 2. Tamburin. l. c. q. 11. n. 18. Barbosa ibi supra allegat. 105. n. 34. & ad dict. cap. 12. Trident. n. 4.

Sed

Sed cùm postea An. 1622. Gregorius XV. quibusdam visus sit amplissimam Regularium exemptionem constitutione suâ quæ incipit: *Inscrutabili Dei providentiâ* circumscripsisse, dubitatum illicò fuit, & quæsitum. *An positâ istâ constitutione, liceat Episcopis visitare altaria Regularium, quibus cura animarum Personarum sæcularium non incumbit, aut loca, ubi in iisdem Ecclesiis asservatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vel ubi audiuntur Confessiones Personarum sæcularium.* 2°. *An Episcopi possint Regularibus præscribere, ut certis tantum in locis, ac temporibus, aut certarum Personarum Confessiones audiant, vel aliàs illorum privilegia restringere, ac moderari in Sacramentis administrandis?* Responsum fuit tale. *S. Congregatio Cardinalum Concilij Trident. Interpretum censuit constitutionem San. Mem. Gregorii XV. de exemptorum privilegijs, nequaquam subjicere Regulares exemptos, quibus cura animarum Personarium sæcularium non incumbit, Episcoporum Iurisdictioni, in his, quæ Sacramentorum administrationem concernunt, nisi in Sacramentis, Personis sæcularibus administrandis, iidem Regulares delinquant.* Ac *propterea ad primum dubium Respondit. Episcopis non licere in vim ejusdem constitutionis visitare altaria Ecclesiarum Regularium, quibus non incumbit cura animarum sæcularium; nec loca, ubi in iisdem Ecclesiis asservatur Sanctissimum*

mum Eucharistiæ Sacramentum, vel ubi confessiones Personarum sæcularium audiuntur. Ad 2. *Hac in parte Constitutionem nihil novi iuris induxisse, nec ullam nouam authoritatem Episcopis in Regulares attribuisse. Ideoque in vim ipsius Constitutionis non posse Episcopos Regularibus præscribere, ut certis tantùm in locis, ac temporibus, aut certarum Personarum confessiones audiant, vel aliàs illorum privilegia in Sacramentis administrandis restringere, aut moderari: quod si aliunde Episcopis hujusmodi facultas competat, illam non fuisse ab eadem Constitutione sublatam.* Quæ S. Congregationis responsa ad se relata fel. Record. Gregorius XV. & S. Domnius N. Urbanus VIII. in omnibus approbarunt *A. Card. Caëtanus Prosper Fagnanus S. Congregat. secret.* Manet itaque Regularibus illæsa penitùs, & plena libertas disponendi in omnibus, quæ Sacramentorum administrationem in suis Ecclesijs, cultum sacrum, Missarum celebrationem, officium divinum, adeòque & processiones concernunt, quam constans hactenus usus, & perpetua consuetudo firmavit ac stabilivit: nec possunt Episcopi illis, sese aliquo modo ingerere, nec quippiam præscribere, præcipere, vel inhibere.

Quemadmodum & ipsa olim sarta tecta reddita fuit per Alexandrum IV. An. 1254.

B. cui initium, *nec insolitum*, hoc verborum tenore. *Quædam ab Apostolica sede tempore fel: reccor: Innocentij Papæ IV. prædecessoris nostri litteræ processerunt, in quibus ipse universis Religiosis, cuiuscumque professionis, vel Ordinis, districtè in Virtute obedientiæ injungebat, vt Parochianos alienos diebus Dominicis, & Festivis non reciperent de cætero in suis Ecclesijs, seu Oratorijs temerè ad divina, nec ipsos vllatenus ad pœnitentiam admitterent sine suorum licentia Sacerdotum, nec eis, in suis prædicarent Ecclesijs ante Missarum solemnia, pro quibus audiendis primâ diei parte ijdem Parochiani consueverunt & debent in suis Ecclesijs convenire; nec sermones etiam solemnes facerent illâ horâ; sed nec ad prædicandum solemniter ad Parochias alienas accederent, nisi essent ab eorum sacerdotibus invitati, vel saltem nisi se ad id humiliter peterent & obtinerent admitti; nec eâ die qua Diœcesanus Episcopus, vel alius loco eius prædicaret solemniter, maximè in Ecclesia Cathedrali, aliquis ipsorum in eadem civitate vel loco præsumeret prædicare: si verò in casu licito Parochianum alterius eos in suis Ecclesijs recipere ad sepulturam contingeret, omnium, quæ obtentu consequerentur huiusmodi sepulturæ, portionem canonicam etiam non requisiti infra octo dies à tempore receptionis eorum, Episcopo vel sacerdoti, de cuius parochia mortuus esset assumptus, exhibere curarent &c. Præfatas litteras, & si quæ aliæ super prædictis, vel eorum aliquo contra præfatos*

Reli-

Religioſos vel aliquos ex ipſis generaliter, vel ſpecialiter præter formam communem, & ſolitam proceſſere, ac mandata, ſeu præcepta facta in eis, vel earum authoritate, duximus penitùs revocanda, &c. Idem An. 1255. præfatam Conſtitutionem Zelo maximo mandavit ab omnibus recipi, & executioni mandari, *B. Quædam ab Apoſtolica ſede.*

Quæ omnia poſtmodum ampliavit Pius V. An: 1567. *B. Etſi Mendicantium*, quædam decreta Concilij Trid: declarans: vbi inter cætera, §. 10. ita habet: *Inſuper ſeſſ: 22. decretum, per quod Populum ſæpè ad ſuas Eccleſias, ſaltem Dominicis, & maioribus feſtivis diebus convenire debere monet, inſequendo, volumus quòd Fratribus Mendicantibus huiuſmodi, non ſolùm prohiberi non poſſit, ne Miſſas, & alia divina officia faciant in eorum Eccleſijs, verum etiam in quibuſcumque alijs, vbi celebrari Miſſas ſolitum eſt, etiam ipſis non vocatis, ſeu ad id requiſitis, celebrare valeant, ac etiam quod Conciones, & lectiones S. Scripturæ, & ſermones pro mortuis, etiam in eccleſijs facere, ac Eleëmoſinas pro celebrandis huiuſmodi Miſſis, & alijs divinis officijs peragendis, ſi eis illas donari, ſeu relinqui contingat, recipere: nec non Miſſas & divina officia huiuſmodi, etiam in diebus Dominicis, vel feſtis, etiam antequam Rector Parochialis Eccleſiæ celebraverit, celebrare, & facere, & quando eis videbitur, etiamſi tunc in Eccleſia Cathedrali*

præ-

prædicetur prædicare: ac etiam quicumque vtriusque sexus Christi fideles, totius anni tempore illas & illa in Ecclesijs Fratrum huiusmodi audire possint. Et subdit ibid: §. 24. *Prohibemus insuper eisdem Ordinarijs, ac alijs quibuscumque personis, ne impediant ipsos Fratres, quando eis placuerit, tam in diebus Dominicis, seu festivis, aut alijs totius anni temporibus campanas pulsare, & etiam tempore, quo ipsi celebraverint, Missas celebrare &c.* In prædictis igitur omnibus Officijs peragendis, quovis anni tempore, & disponendis, prout sibi visum fuerit, liberi planè sunt in suis Ecclesijs Regulares præfati, nec habent Episcopi, quod circà ista mandent, vel vetent.



CAP. IV.

Exemptionis præfatæ privilegium & ius, Consuetudo firmavit, etiam quoad processiones, sacros Ordines, Prædicationes. &c.

EAdem omninò ratio est de processionibus, quas in suis Ecclesijs, & per claustra, ac ambitum Monasterij faciunt, cum sint partes quædam divini officij, & ad Dei cultum & Sanctorum venerationem ordinentur. Et constat per declarationem S. Congre-

gregationis quam citat Lezana V. proceſſio. n. 9. qui ibid. n. 8. hæc addit:" Video etiam S. Congregationem Epiſ: & Regul: 18. " Maij 1640. & 14. febru: 1642. declaraſſe: " Regulares habentes conſuetudinem legitimam faciendi proceſſiones extra proprium " ambitum, poſſe illam continuare ſine licen- " tia Ordinarij, ſicque vidi obſervari in ali- " quibus locis Hiſpaniæ. Conſuetudini ergo " locorum ſtandum eſt. Idem dico ſi Religio " vel Conventus circa hoc habet particulare " privilegium." Tamburin: c. q. 7. n. 39. Novar. V. proceſſio: idque habet in terminis ibid: memorata declaratio. Extat præterea ſententia a S. Congregatione lata pro Conventu S. Dominici de Bugella, & Confraternitate Roſarij 18. Maij 1640. contra Epiſcopum Vercell: quâ declaratur, poſſe præfatos Fratres *tam in prima Dominica Octobris, quàm in alijs Dominicis, & feſtis diebus proceſſiones facere extra ambitum eorum Eccleſiæ & Conventus, abſque alia licentia Parochorum, quorùm Parochiæ fines ingrediuntur, ſtante conſuetudine hucuſque abſque contradictione per eos obſervatâ.* F. Anton: Card: S. Honufrij. L. Archi-Epiſcopus Theb: ſecret: Proinde poſſunt Regulares ſine Epiſcopi licentia venerabile ſacramentum Euchariſtiæ, & in ſuis Eccleſijs palam exponere à populo adorandum,

n dictis processionibus circumferre, iuxta ifionem S. Congregat: 2. Iulij. 1580. quæ est huiusmodi. *S. Congregatio Regularium censuit & statuit, vt liceret Regularibus in eorum Ecclesijs, & intra septa Monasteriorum suorum, sacro-sanctum Eucharistiæ Sacramentum processionaliter circumferre, & super altare publicè adorandum exponere ex quavis causa publica, & privata.*

Habetque ista declaratio hodie plenum robur, ex quo Vrbanus VIII. per Bullam, *in plenitudinem potestatis*, datam Romæ 13. May 1625. Confirmavit & innovavit Regularium *Privilegia, exemptiones, libertates &c. Nec non ipsorum privilegiorum, & indultorum declarationes, & decreta a Congregationibus Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. R. Cardinalium desuper legitimè emanata &c.* decernens ea, *semper & perpetuò valida, & efficacia esse, & fore, ac à locorum Ordinarijs, ac quibuscumque alijs quavis authoritate fungentibus inviolabiliter, & inconcussè observari.* Hactenus autem non constat hisce ita confirmatis declarationibus per ullum Apostolicum, vel Congregationis decretum esse derogatum. E contra extat rescriptum ad Taurinum Archi-Epis: hujusmodi: *Sacra Congregatio non approbavit pœnam suspensionis, quam vestra Dominatio imposuit isti P. Sacristæ D. Dominici, quia non obedivit ordina-*

stationibus non exponendi sanctissimum Sacramentum absque vestra licentia, et velo, neque ferendi processionaliter statuas sculptas, in quibus non includeretur aliqua insignis reliquia. Quia V. D. non habet authoritatem procedendi contra Regulares. Unde Illustrissimi Domini mei voluerunt me vobis scribere, ut omnino tollatis dictam suspensionem. Romæ 2. May. 1614. Signat: A. Sacratus Episc: Comal: Cui planè conforme est aliud ad Archi-Episcopum Burdegalensem datum. *Cum Prior, & Fratres conventus Ord. F. F. Prædicatorum istius civitatis conquesti sint; omnes eorum Conventus confessarios, & Prædicatores per Amplitudinem tuam fuisse suspensos, eò quod sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum in die S. Dominici, juxta solitum, in eorum Ecclesia exposuerint absque licentia: Eminentissimi Patres rei veritatem ab Amplitudine tua sciscitari operæ pretium duxerunt. Et interim quando res ista ita se habeat, ad audiendas confessiones, & verbum Dei prædicandum rehabilitet. Sic itaque Amplitudini tuæ exequi placeat, & bene valebit in Domino. Romæ 13. Novemb. 1643. Amplitudinis tuæ uti Frater studiosissimus. M. Card: Ginettus A. Sacratus Episc. Comal. Secret.* Cùm verò Vicarius Archi-Episcopi nihilòminus per censuras procederet contra dictos F. F. Prædicatores, & hi coram sancta Sede allegassent *amplissimas probationes consuetudinis etiam*

immemorabilis, faciendi expositionem SS. Sacramenti sine ipsius Archi-Episcopi licentiâ; causâ ad S. Congregationem remissâ. *Ipsa censuit causam prædictæ expositionis committendam esse Eminent: Domino Cardinali Roccafocaut: & interim oratores esse absolvendos: pro ut præsentis decreti virtute absoluti à prædicta suspensione, ac censuris declarantur &c. Romæ 13. May 1644. M. Card:* Gi*nettus A. Archi-Episc. Patracen: secret:* Et illa commissio data quidem fuit dicto Domino Cardinali 20. May 1644. sed per eam nihil effectum: manseruntque, & manent hactenus FF. Prædicatores in possessione, & usu istius privilegij æquè, ac reliqui omnes.

Estque idem ille, & communis per Germaniam, & Belgium ferè vniversum vsus, & longa consuetudo: quam in his obseruandam non semel difiniuit S. Congregatio. Neque enim fas est Regulares ab omni Episcoporum Iurisdictione exemptos, quoad sacrorum suorum Officiorum exercitia, in tam longa tantorum annorum possessione, per ipsos Ordinarios, sine vlla speciali ad hoc commissione instructos, turbari. Proferuntur quidem aliqua recentiora de 28. feb: 1628. & de An: 1644. S. Congregationis iudicia, quibus decernitur, non esse permissum Regularibus publicè in suis Ecclésijs adorandum exponere SS. Eucharistiæ Sacra-

mentum niſi pro cauſa publica, & per Ordinarium approbata: Attamen illa nullas habent clauſulas derogatorias, nec mentionem faciunt de conſuetudine; quod omninò requiritur ad eius abrogationem. Vnde illa per tot annos introducta ſcientibus, & non contradicentibus Epiſcopis conſuetudo, & poſſeſſio, dum ei expreſſè non derogatur, pergit prædictis decretis obſtare.

Præſertim cum per longam iſtam poſſeſſionem inducta iam ſit præſcriptio, per quam, ſi ſit annorum quadraginta, vti hic eſt, exemptionem acquiri affirmat Cochier cit: q. 6. Hicque concurrere omnes conditiones ad præſcribendum requiſitas indicat Ceſpedes de exempt: Cap. 6. d. 132. n. 4. de quibus videatur Cochier l. c. Unde adhuc licere Regularibus publicam expoſitionem Venerabilis ſine Epiſcoporum licentia, docent Bordonus reſol. 20. n. 30. Pellizarius Tract: 8. Cap. V. Sect. 2. n. 79. Bruno Chasſaing tract. 2. cap. 3. propoſ. 6. Anton. à S. Spiritu tract. 2. diſput. 3. 105. & ex parte Lezana Tom: 2. Cap. 1. n. 26. in fine. Quia legitima conſuetudo, & vel maximè præſcriptione firmata, qualis eſt hæc, habet vim tituli & privilegij. C. ſuper *quibuſdam* §. *Præterea* der verb: ſignificat: & Felin: in

C. *Accedentes*, de præſcrip: ac regulariter, quidquid eſt acquiſibile privilegio, pariter etiam ſolet eſſe acquiſibile per conſuetudinem; multóque magis per præſcriptionem. Cochier n. 13. Qui. p. 4. q. 15. cum pluribus alijs tradit, non poſſe Epiſcopos exemptorum conſuetudines infringere, nec abrogare.

Id quod eâdem ratione locum habet in expoſitione, ſeu delatione proceſſionali ſanctarum reliquiarum, & imaginum ſimul cum ipſo Venerabili Sacramento. Nimis quippe manifeſtum eſt, illum vſum per multas Europæ Regiones obtinuiſſe: vt Regulares non modò in ſolemnitatibus quibuſdam extraordinarijs, verùm etiam in Feſtis ſuorum Patronorum, & Sanctorum, ac ſtatis Sodalitatum ſuarum diebus, quibus proceſſiones habentur; in ijs cum Venerabili deferantur etiam Sanctorum reliquiæ, ac Imagines. Qua de re fidem faciunt vbique ferè locorum, vel ſolæ præ cæteris proceſſiones Roſarij, non illæ tantùm, quæ inſigni pompâ celebrantur annuatim primâ Dominicâ Octobris, ſed & quæ ſingulis menſibus habentur: quas iuxta vſitatam normam ita deſcribit Iuſtinus Michovienſis Tom. 2. in Litan: B. V. diſcurſu.

245.

245. n. 4. " Vt cum maiore Chriſti Dei
" noſtri gloria, animorum noſtrorum fruc-
" tu & excitatione, fiant proceſſiones, adhi-
" bētur in eis nonnulli ritus ſeu cæremoniæ:
" ſunt autem hæ. Crucis Prælatio, Reliquiarū
" Sacrarum, ſtatuæ ſeu Imaginis Deiparæ, nec
" non ſacroſanctæ Euchariſtiæ circumgeſta-
" tio." Et hoc modo, longoque anno-
rum vſu, hic Coloniæ menſtruæ Roſarij pro-
ceſſiones practicari ſolent. Eſt hoc confor-
me omninò ad Canonem ſynodalem 22. *de medio ſexto Reformationis*, Concilij ſecundi Co-
lonienſis; cuius executionem & obſeruantiam
ſtrictiſſime omnibus commendat, & man-
dat Carolus V. diplomate Cæſareo, dato Bru-
xell: quarto nonas Iulij 1549. Canon iſte
hunc præfert titulum. *De proceſſionibus, in quibus ſacra Hoſtia cum Imaginibus Sanctorum circumfertur.*
Huius autem ea ſubditur ratio. *Eccleſia de theſauro Corporis Chriſti exultans, circumfert longis proceſſionibus extra ſacras ædes, Hoſtiam illam ſalutarem, videlicet ſimul repræſentans itineris Chriſti hiſtoriam, qui dum quæreret ſalutem noſtram, in medio populi verſatus eſt, & vniverſam Iudæam circumambulavit docens, & ægrotos ſanans, Diſcipulis comitantibus, Quamobrem & Sanctorum reliquias, & imagines eorum, qui veſtigia eius ſecuti ſunt, ſimul circumferimus, ſignificantes illos nunc cum ipſo regnare, &*

Idem docent Granado in 1. 2æ. Controv: 5. disp. 6. sect. 3. Lorca ibid: tom: 2. disp: 25. memb: vlt. Suarez de legib: lib. 4. cap: 20. Salas ibid: sect. 4. Basil: Pontius lib: 5. de matrim: Cap: 7. Portel. V. Lex. n. 1. Bordon: l. c: n. 6.

Quare nec tenentur etiam, neque vllatenus compelli possunt ad obedientiam Episcopis præstandam, vel promittendam: cùm ad illam non sint obstricti ex voto Religionis, nec ex vi subjectionis; & constet à Sede Apostolica sæpius esse inhibitum, vel minimam aliquam promissionem, vel obedientiam etiam manualem à Regularibus exposcere. Gregorius IX. B. *Indicimur* An: 1240. *Vt nullus ex Prælatis Ecclesiarum absque mandato Sedis Apostolicæ speciali à vobis dictam obedientiam manualem præsumat exigere, authoritate præsentium districtius inhibemus.* Idem statuit Benedictus XI. An: 1304. B. *Religiosam*, & ante ipsum Alexander IV. An: 1256. B. *cum Prælatos*, confirmatâ per Sixtum IV. in mari magno Carmelit: Insuper vetuit, ne quis *obedientiam contra tenorem privilegiorum, & indulgentiarum Apostolicæ Sedis exigere, vel accipere presumat.* Adhæc Clemens V. inter gravamina, à quibus vniversos Ecclesiarum Prælatos præcipit abstinere Clem: *frequens* de excess: Prælat: illud enu-

merat, *quod præsentatos, per exemptos, ad Ordines vel beneficia, nolunt admittere nisi præsentantes ponant OBEDIENTIAM, in salutatione literarum, quas pro huiusmodi præsentatione transmittunt.* Expressissime autem cautum est per Alexand: IV. An: 1255. B. *Conuenit, vt Sacer.* Clemen: IV. An: 1265. B. *Virtute*, confirmatumque per Ioannem XXIII. An. 1410. B. *Sacra vestra*, & ab Authore maris magni Minoritarum, Sixto IV. Regulares esse ab Episcopis ordinandos, *absque omni promissione, vel obligatione ipsorum ordinandorum Fratrum.* Id ipsum totidem verbis sanciuit Gregorius XI. An: 1374 B. *Virtute conspicuos*, & corroborarunt Martinus V. Eugenius IV. & Sixtus IV. in mari magno Prædicatorum. Vbi & illud obseruandum venit, non solùm prohibitum esse, *exigere* promissionem obedientiæ ab ordinandis Regularibus, sed etiam *recipere*, seu admittere: vnde & ordinandos æquè, ac ipsos Ordinantes debitis pœnis mulctandos esse, si in ipsa ordinatiõe obedẽtiam promittant illi, exigãt verò, vel recipiãt hi, declarat Goffridus Abbas Vindocinensis postea Cardinal. S. Priscæ. Qui, licet exemptus, & immediatè subjectus Romano Pontifici, in sua consecratione obedientiam, ac subiectionem profiteri coactus fuerat: quam ipse
prop-

propterea *professionem* appellat, Ivoni Episcopo Carnotensi ita scribens, Epistolarum lib. 2. Epist. 7. *Professum vestrum me vocastis; satis melius fuisset, ut à vobis sacratum dixissetis. Quòd si pro consecratione professionem, & pro professione ab alodiario B. Petri subiectionem vobis vindicastis, consecrationem utique illam gratis minimè impendistis: non enim gratis impenditur, per quod homo homini subiectus efficitur. In professione siquidem illa, consilio vestro, nimiâ simplicitate acquievi. Vbi, si quid aliter actum est, vos scienter fecistis, ego autem ignoranter peccavi. Sed Dominus noster, honorabilis mem. Papa Vrbanus, cum per nos transiret, audivit à fratribus me vobis professionem fecisse. Vnde columbam seductam, cor non habentum me dicens, & vehementer increpans, illud veraciter mihi pro crimine imputasset, si ignorantiæ meæ, & iuventuti misericorditer non pepercisset. Quid verò super hoc contra vos protulerit, pro reverentia vestri Ordinis, melius est, inde silere, quàm loqui. Igitur quod illicitè commiseram, irritum fecit: & ne deinceps Abbas Monasterij nostri cuiquam Episcopo profiteatur, privilegij sui irretractabili firmitate prohibuit: cuius authoritatem secutus Dominus Paschalis Papa, qui nunc est, illud iterum suâ Apostolicâ Authoritate firmavit.*

Ex quibus perspicuum fit, qualis criminis sit, à Regularibus exemptis dum ordinantur

tur obedientiæ promiſſionem exigere, vel recipere; & iſtos ordinandos Ordinanti obedientiæ profeſſionem facere; quæ certè etiam cedit in magnum Apoſtolicæ Authoritatis & juris, quod ei ſoli competit, præiudicium. Cum enim ipſi ſint ſine medio ſubjecti, vt ſuo immediato ſuperiori, eidem valdè injurij eſſent, ſi ab ejus ſeſe immediatâ ſubjectione ſubtrahentes, alteri alicui Prælato, cujus jurisdictioni, & ſuperioritati non ſubduntur, ſeſe per obedientiæ promiſſionem ſubijcerent.

Advertat hæc, & perpendat Faſciculator ille dialogicus, & niſi pervicax impudentia omnem ei pudorem detriverit, pudeat eum infamis calumniæ, quam Mendicantium Ordinibus impingere audet: quandò eos paginâ 2. periuriorum reos facit, & Cappadocem inducit ſtupenti ſimilem & quærentem. *Qui hoc?* Palladocem verò protinùs reſpondentem. *Scis, opinor, quemque Ordinandorum ſanctè ordinanti promittere obedientiam, eamque Promiſſionem juramento firmare.* Et confeſtim Palladox inde Mendicantes redarguit, *vt ſuorum juramentorum violatores.* Operæ prætium non eſt, nimis apertam impoſturam refellere: jam enim ſatis liquet ex antedictis, quid ſit de obedientiæ promiſſione, quam ordinandi

di Regulares nullam faciunt: & multò minùs eam juramento firmant : quod ſolus ille dialogiſta ipſis imponit, & fingit. Præter quæ, vel ſolum Pontificale Romanum, hominem convinceret, in quo iſte præſcribitur Ordinanti ritus ſervandus.

Poſt demiſſam ab humeris caſulam, " vnusquiſque iterum ad Pontificem accedit: " & genu flexus ponit manus ſuas iunctas in" ter manus Pontificis dicentis cuilibet, *ſi* " *hujus eſt Ordinarius*. Promittis mihi, & ſucceſ" ſoribus meis reverentiam & obedientiam? " Et ille reſpondet. Promitto. *Si verò Ponti*" *fex non eſt ſuus Ordinarius*, dicit ſingulis, cùm " manus eorum inter ſuas tenet, vt præfertur. Promittis *Pontifici (vel Prælato). Ordinario* " *Tuo* pro tempore exiſtenti reverentiam & " obedientiam? Et ille reſpondet. Promitto. Nec ulla prorſus de juramenti formula, vel umbra, fit mentio. Vnde ergo de ordinandorum juramento Dialogiſta ſomniavit? Ecquid non attendit ad conditionales, *Si ſuus eſt ordinarius*, & *ſi non eſt ordinarius*, & ad Parentheſim (*vel Prælato*) puta, *Tuo*, ſicut ſubditur? Per hoc præfectò ſatis fit exploratum: Si Epiſcopus Ordinans non eſt ordinati Ordinarius, (qualis non eſt reſpectu Regularium Exemptorum) tunc Ordinantem non ſibi exigere ab ordinato

nato obedientiæ promissionem. Sed dicere, vt eam *Prælato suo proprio* promittat.

Id quod postmodùm in Rubrica de benedictione Abbatis clarissimè explicatur: ubi post interrogationes, quæ omnibus consecrandis sine vllo discrimine proponuntur; ita sequitur. " *Si verò benedicendus, exemptus non est,* " *neque authoritate Apostolicâ, Sed ab Ordinario suo* " *Pontifice benedicitur*, post prædictas omnes " interrogationes subjungitur, etiam sequens, " *quæ aliàs omittitur, quando benedicendus est ab Or-* " *dinaria iurisdictione exemptus.* Quænam porro illa? sequentis est tenoris interrogatio. Vis " sanctæ Ecclesiæ N. mihique ejusdem Patri- " archæ (vel Archiepisco, vel Episcopo). " & meis successoribus fidem, subjectionem, " obedientiam, & reverentiam devotè, & fi- " deliter, perpetuò exhibere? Audis Dialogista. Hæc interrogatio *omittitur, quando benedicendus est ab Ordinaria iurisdictione exemptus.* Nempè qui propterea ad obedientiæ, vel subjectionis promissionem alteri alicui, quàm summo Pontifici nequit obligari. Atque adeò quisquis Regularis exemptus, sive in Presbyterum ordinandus, sive in Abbatem consecrandùs, ex hoc ipso, quòd per Apostolicam Sedem *est ab ordinaria iurisdictione exemptus* Non Episcopo ordinanti, sed *Prælato suo*, jubetur

betur obedientiam promittere, vtpote cujus Ordinariæ jurisdictioni subijcitur, & qui eatenus verè est suus Ordinarius.

Quod adeò verum est, vt non liceat Episcopo Diœcesano talem aliquem Regularem ordinare, nisi habentem literas Dimissorias sui superioris. Idque ex indulto Alexandri IV. An: 1255. B. *Convenit. vt Sacer.* Ioannis XXII. An. 1323. *B Religionis.* Gregorij XI. An. 1374. B. *virtute conspicuos.* Eugenij. VI. an. 1438. B. *Ad ea, per quæ.* & An. 1441 B. *Regimini.* Py II. An. 1462 B. *licet ex debito.* Sixti IV. An. 1473 B. *Pia vota fidelium:* Leonis X. An. 1514. B. *Sacræ Religionis.* Clementis VII. An. 1529. B. *Inter Multiplices* authenticatâ à Paulo III. An: 1549 B. *Rationi Congruit.* Pluriumque aliorum Pontificum, qui clarissimis terminis potestatem superioribus faciunt præsentandi ordinandos *Vbicumque eis commodum fuerit, absque licentia Diœcesani, etiam extra tempora.* Idem satis colligitur ex Concilio trid: sess: 23. cap. 10. ubi tantummodò prohibetur exemptis dare hujusmodi dimissoriales *cuiquam, qui Regularis, sibi subditus non sit, vel aliquibus Clericis sæcularibus.* Ergo eas dare Regulari, qui sibi subditus est, planè licet juxta Præallegata privilegia. Sicque declaravit etiam caput 8. ejusd: sess: & Concilij Pius V. B. *Etsi mendicantium*, his verbis: illud *In Regularibus locum non habere, omnino declaramus: &*

quòd Fratres Huiusmodi Sacros Ordines , à quolibet Antiſtite gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habenti, Ordinarij loci minimè requiſitâ licentiâ, in locis ſeu domibus Fratrum, aut alibi recipere poſſint. Declaravit item S. Congregatio ; & confirmavit Clemens VIII. An. 1592. die 5. Martij B. *vt ea*, dicens. *Cùm aliàs per Congregationem S. R. E. Cardinalium, decretorum Concilij Trident: Interpretum declaratum fuerit, licere Abbatibus Benedictis, vel quibus à Sede Apoſtolica conceſſum ſit privilegium &c. Nec non Monachos à Diœceſanorum ſuperioritate, & iurisdictione exemptos, abſque illorum litteris dimiſſorijs, à quibuſvis locorum Ordinarijs, cum teſtimonialibus litteris ſuorum ſuperiorum tantùm, ad omnes, etiam ſacros, & Preſbyteratus Ordines promoveri debere. Nos decreta & declarationes huiusmodi Apoſtolicâ Authoritate, tenore præſentium approbamus , eaque per quoſcumque Archi-Epiſcopos, Epiſcopos, vel alios locorum Ordinarios, inviolabiliter perpetuò obſervari debere, ſtatuimus & ordinamus &c.* Cui conformis eſt alia ejuſd: Congregationis declaratio de mandato ejuſd: Pontificis data & juſſa obſervari 16. Martij 1596. quam referunt Piaſecus in praxi Epiſ: p: 11. cap:2. n. 14. Barboſa Allegat: 7. n. 18. Lezana v. dimiſſ: Et jam dudum ante, hoc ipſum conceſſerat Societati Ieſu cum expreſſa derogatione Concilij Trident: Gregorius XIII. die 21.

Septem.

Septemb. 1582. B. *Pium & vtile* aiens. *Cùm ſel: record: Paulus Papa III. Præpoſito, eiuſd: Societatis conceſſerit, vt idoneos, & comprobatos ab ipſa Societate, quibuſcumque mallet, Catholicis Antiſtibus, & gratiam & communionem Sedis Apoſt: habentibus præſentare poſſit, qui illos ſic præſentatos, abſque vlla promiſſione, vel obligatione ad Ordines hujuſmodi promoverent. Nonnulli tamen Antiſtites poſt Concilij Trid: decreta &c. Nos illis Ordines ſic ſuſcipiendi, ac prædictis Antiſtibus eos ipſis conferendi facultatem tribumus. Non obſtantibus præmiſſis &c.*

Ex citatis porro Apoſtolicis conſtitutionibus etiam habetur, taliter præſentatos Ordinari poſſe extra tempora, & non ſervatis interſtitijs, vt latè oſtendunt Portel, Caſtro Palao, Rodriq: Lacrux. Vrbanus, Gabriel à Sancto vincent: Diana & plures alij apud ipſum Parte 9. tract. 8. reſol: 28. ac apud Anton: à. s. Spu. tract: 2 diſp: 3 ſect: 3. §. 4. relati

Sed nec hoc, nec ante dictorum aliquid Dialogiſta vidit vnquam, vel legit; ex ſuo cerebro, & Palladocia ſolitus figmenta & ſcommata proferre, commiſeratione potius & inſtructione, quã reprehenſione dignus. Porro dum à perjurij improperio Dialogicus faſciculator tantiſper digreſſus, ad ravim contra analecta, & exhibitionem Canonum impotenter

tenter declamat, & omnes vires cum claro, Demonstratore, Christophoro Philalete, & reliqua Palladociæ suæ Synagoga certatim intendit, vt jus prædicandi quovis tempore Verbum Dei Regularium Ecclesijs, (quas ipse per ludibrium *Phana* nominat) expilet & eripiat; præstabit interim istius juris quantumvis vtroque exhibitionis libello solidissimè ac invictissimè asserti, & stabiliti, spicilegium modicum ad calcem hujus Capitis adjecisse.

Dudum quidem Bonifacius VIII. Benedictus XI. Clemens V. & Ioannes XXIII, amplissimam prædicandi libertatem Regularibus nonnihil limitarunt; non ita tamen, quin *in Ecclesijs & locis eorum, ac in plateis communibus liberè valeant Clero, & populo prædicare verbum Dei, horâ illâ dumtaxat exceptâ, in qua locorum Prælati Prædicare voluerint, vel coram se facere solemniter prædicari*, non autem privatim: adeòque omni omninò alio tempore. Bonif. in Extravag: *super Cathedram*, de sepulturis. *Nisi forsan aliud circa hoc facerent de voluntate Diœcesanorum ipsorum: aut in studijs generalibus prædicarent, diebus illis dumtaxat, quibus sermones ad Clerum fieri solent, & solemniter prædicari, seu mortuorum funeribus, vel eorumdem Fratrum festis specialibus, seu peculiaribus. Quia in his casibus cum Diocesanis in*

præ-

prædicatione concurrere poterunt Benedict: in Extravang: *inter cunctas*, de privil: ubi, & additur: id eos posse *liberè absque Diœcesanorum, & aliorum Prælatorum petita licentia*: Quibus verbis satis apertè exprimitur, ne petendam quidem, multò minùs obtinendam esse à Diœcesano licentiam ad hoc, ut Regulares in suis Ecclesijs prædicent. Nihilominus ex mandato Concilij Trid: sess: 5. cap. 2. *personaliter se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere tenentur, antequam prædicare incipiant. In Ecclesijs verò quæ suorum Ordinum non sunt, ultra licentiam suorum Superiorum, etiam Episcopi licentiam habere tenentur.* Per hoc igitur decretum Regulares in proprijs Ecclesijs prædicaturi non obligantur ad obtinendam ab Episcopis licentiam; suffecerit illam petijsse, tametsi non obtinuerint, sed & fuerit denegata. Ad prædicandum verò *in Ecclesijs, quæ suorum Ordinum non sunt, Episcopi licentiam habere tenentur* nec satis est illam petijsse, & non obtinuisse.

Sed quid, si rogatus Episcopus non modò benedictionem ac licentiam prædicandi in suorum Ordinum Ecclesijs deneget, verùm etiam expressè contradicat? In promptu videtur responsum ex decreto eiusdem Concilij sess: 24. de Reformat. Cap. 2. quod est tale. *Nullus sæcularis, sive Regularis etiam in Ecclesijs*

suorum Ordinum contradicente Episcopo prædicare præsumat. Inde autem difficultas oritur, quomodò petitâ dumtaxat Diœcesani licentiâ, & denegatâ, adhuc in proprijs Ecclesijs prædicare Regularibus liceat, si hoc nulli licet *contradicente Episcopo*? Petitam nunquid prædicandi licentiam denegasse tantumdem est, ac contradixisse? Certè qui denegat, quod petitur, ei contradicit. Verum tamen istam clausulam, *contradicente Episcopo*, explicandam esse, ac limitandam quoad ad regulares secundùm mentem Clement: *Dudum*, de sepult: pro illo tempore, quo ipsi Episcopi prædicare, vel coram se solemniter facere prædicari voluerint, aut propter aliam causam inibi declaratam, & non alias, ne textus illius Capitis 4. manifestè contrariari dicatur Capiti 2. sess: 5. advertunt Sorbus, Miranda, Rodericus, Ricciu, Reginald. Galet: Armend: Novar: Peyrin: Lezana, Cespedes, alijque quamplurimi, quos citant, & sequuntur Barbosa in collectan: ad Cap. 2. sess: 5. & allegat: 76. n. 19. & 20. Bordonus resolut: 58 Diana P. 3. tract: 2. de Regular: resol: 58. Estque conforme declarationi Pij V. B. *Etsi Mendicantium*: Cujus hic est tenor: *Declaramus Canonem sess. 24. Cap. 4. per quem omnibus Regularibus, etiam in suorum Ordinum Ecclesijs, contradicente Episcopo, prædica-*

dicationis officium interdicitur, Mendicantium Ordinum Fratres, quando à ſuis Generalibus, vel eorum Provincialibus ad id deputati fuerint, non comprehendere, neque eos afficere poſſe. Imò volumus, quòd in ſuis Eccleſijs, quando eis placuerit, licitè & abſque ullo impedimento, vel contradictione, etiam Epiſcopi, niſi ipſe prædicaverit, prædicare poſſint. Idem ijſdem ferè verbis ſtatuit An. 1571. B. *Ad hoc nos Deus*: ſicque eſſe in vſu obſervavit Bordonus.

Et vt omnis de hoc hæſitatio auferatur, clariſſimis terminis definivit S. Congregatio Illuſt: Domino Archi-Epiſcopo Rhegin: reſcribens. *Perilluſtris ac Reverendiſſime Domine, vt Frater. Sacra Congregatio Illuſtriſſimorum Patrum Concilij Tridentini Interpretum, pluries cenſuit, Epiſcopum non poſſe, abſque rationabili cauſa contradicere Regularibus, in Eccleſijs ſuorum Ordinum prædicare volentibus; ſed ſatis eſſe, eos ab Epiſcopo benedictionem petere: quare ijdem Patres Ampliſſimi tibi ſignificandum duxerunt, vt poſtquam Frater Timotheus Ordinis Prædicatorum, de ſuorum ſuperiorum licentiâ, in Eccleſia eiuſdem Ordinis iſtius Civitatis concionari volens, ab ea benedictionem petierit, nullam ei moleſtiam exhibeat, ſed ſinat illum munus Prædicationis adimpiere, quod diligenter obſervabit Amplitudo tua, cui ſalutem plurimam à Domino precor. Romæ die ſexta Martij* 1629. *Amplitudinis ſuæ Perilluſtris, ac*

Reverendissimæ uti Frater Studiosus V. Cardinalis Vbaldinus, Franciscus Paulutius Sacræ Congregat. Concilij Secret.

Ad hoc verò ut Regulares munus prædicationes ad populum exerceant sive in proprijs, sive in alijs Ecclesijs, quæ suorum Ordinem non sunt, de jure examinandos, approbandos, & mittendos non esse nisi à suis superioribus, neutiquam verò ab Episcopis, exploratum est ex Gregorio IX. An. 1240. B. *Prohibente*, & An: 1246. B. *Ordinem vestrum*: Alxandro IV. An. 1257. B. *Prohibente* Clemente IV. An. 1268. B. *Virtute Conspicuos* confirmatâ per Ioannem XXIII. An. 1410. B. *Sacra vestra*, & per authorem maris magni, Sixtum IV. An: 1474. ex Nicolao III. An. 1279. C. *Exijt, qui seminat*, de verb. significat in 6. Martino IV. communiter dicto, An. 1281, & Cælestino V. An 1294. B.B. Ad *fructus uberes*, Bonifaciò VIII. An. 1302 B. *Inter sollicitudines*, confirmatâ per Nicolaum V. An: 1450 B. *Sinceræ*, Ex Leone X. in Concil. Lateran: B. *Supremæ Maiestatis*: denique & Ex Concil. Trident. Sess 5: Cap. 2. ubi aliud nihil requiritur, *Nisi quòd prædicaturi, à suis Superioribus, de vita, moribus & scientia examinati, & approbati fuerint*, nullâ factâ mentione Episcopi, uti fusius deducunt

ducunt Barboſa allegat: 76. n. 23. Pellizarius q. 16. n. 22. Miranda Tom 1. manual: q. 50. ar. 2. Alzedo Prax: Epiſ: p. 2. cap. 13. Campanile in diverſ: Rubr. 12. cap. 13. Peyrin. in additament: ad conſtitu: Sixti IV. n. 10. Bordonus allegat: n. 16. Ricciul: Ceſpedes, Hieron: Roderiq: Diana, & plures alij ab eis citati. Inde iam elucet, in quot Eccleſiaſticos Canones & Decreta impingatur, quando illis non obſtantibus, Regulares pro ſolius prædicationis officio ad Epiſcopale examen coguntur, æquè, ac dum ad Confeſſiones ſæcularium ritè excipiendas approbantur: inter quæ tamen, quàm latum ſit diſcrimen, notius eſt, quàm ut probari oporteat.

Illud denique pro coronide capitis adijciendum venit, tantam omnibus fidelibus frequentandi Regularium Eccleſias, & audiendi verbum Dei eſſe libertatem, ut vetitum ſit Epiſcopis, & quibuſcumquæ Prælatis, ne Parochianos ſuos, aut ſubditos prohibeant, quò minùs liberè poſſint, quando eis collubitum eſt, Regularium Eccleſias adire ad audiendum verbum Dei; niſi velint excommunicationis ſententiâ innodari, quam tulit (ut atteſtantur in manuali Miranda q 8. a. 8. Pellizar: cit: ſect: 1. n

38 Bordon: n.32. Compend Privileg: Mendicant: V. Prædicatores n. 13. Corduba in annotat: ibid.) Bonifacius IX. cuius textum vide infra cap. 6. Reliqua huc ſpectantia in ſequentibus explanantur.



CAPUT. V.

Per indulta Apoſtolica ſecularibus licet audire verbum Dei, in Eccleſijs Regularium, quibuſcumque diebus Dominicis, & Feſtis. Vbi de Bulla Py V.

EX magno illo gratiarum ac privilegiorum mari, quo Sacros Regulariun Ordines communierunt *Canonum Conditores, ac Domini*, Romani Pontifices, illa huc, omiſſis aliis, adducere dumtaxat eſt opus, quæ ad propoſitam aſſertionem ſtabiliendam faciunt.

Siquidem per Eccleſiaſticas, ac Pontificias ſanctiones Regularium Eccleſiæ pro ſecularibus, quantùm ad auditionem Divini Verbi & ſacrificii, & annuam faciendam confeſſionem Parochialibus ſunt adæquatæ. Conſtat imprimis hoc clariſſimè ex Bullâ Pii V. *Etſi Mendicantium*, data anno 1567.

17. Kal. Junii quæ sic habet: *Fratres Mendicantes Missas & divina officia hujusmodi* (conciones, lectiones S. Scripturæ, & sermones &c.) *etiam in diebus Dominicis, vel festivis, etiam antequam Rector Parochialis Ecclesiæ celebraverit, celebrare, & facere: & quando eis videtur (etiamsi tunc in Ecclesia Cathedrali prædicetur) prædicare, ac etiam quicumque utriusque sexus fideles totius anni tempore illas, & illa in Ecclesiis Fratrum hujusmodi audire possint; ipsique Christi fideles ullatenus desuper molestari, aut impediri per locorum Ordinarios, seu Rectores Parochialium Ecclesiarum, aut alios quoscumque ullo pacto, causâ, vel occasione non valeant, seu debeant: sed præfati Christi fideles audiendo Missas, & alia divina officia in Ecclesiis Fratrum hujusmodi, diebus Dominicis aut festis, præcepto Ecclesiæ de illis audiendis satisfecisse censeantur.*

At dicunt 1°. quòd Pius V ipse constitutione suâ, *Romani Pontificis*, illud diploma suum revocaverit.

Cui adeò audaci asserto, non responsum adhibendum, sed scalprum. Nam ibi sancit ille quidem, ac declarat, *Decretum Concilii Trident. de approbatione Regularium audiendi confessiones secularium præpositorum facienda, observari debere in omnibus Regularibus quorumvis Ordinum etiam Mendicantium. Non obstantibus*, inquit

constitutionibus & ordinantionibus Apostolicis, *ac nostris litteris prædictis*, *& aliis posteà quibuscumque Regularibus concessis & forsan extensis*. Sed continuò subdit, *quas*, *quoad ea*, *quæ præsentibus adversantur*, revocamus. Hocne est diploma suũ revocare, illud retractare dumtaxat *quoad ea* præcise & restrictè, quæ *illi suæ Constitutioni adversantur*, in qua nihil prorsus aliud ipse disponit, quàm quòd nequeant Regulares sæcularium Confessiones audire sine Ordinarij examine & approbatione? Estne id revocare reliqua omnia, quæ huic suæ constitutioni *non adversantur*, & quibus in illa ne vel minima mentio fit, & non potius reliqua omnia, quæ *non adversantur*, approbare, ac in sua vi ac vigore relinquere? Profectò tam insignis ac aperta impostura satis prodit, quæ & qualis deinceps aliis ipsorum dictis sit adhibenda fides.

2°. Dicunt Bullam istam esse revocatam per Gregorium XIII. Bullâ suâ, *in tanta rerum*.

" At putant aliqui, inquit Laurentius " de Peyrinis, not: 2. ad Bullam Pii V. quòd " dicta constitutio *in tanta*, non fuit sufficienter promulgata, nec in praxi recepta. Ita " Henriques lib. 7. de indulgen. cap. 24. " num. 8. Thomas a Iesu de procur: omnium " Gent: sal. lib. 12. cap 8. tit. sequitur col-

" lectio pag. 847. versu nec solùm in foro
" interiori. Apertissimè Llamasi.p.meth. cap.
" 7. §. 6. qui sic ait. *Bullam sive motum pro-*
" *prium Greg XIII. dictum, numquam fuisse publi-*
" *catum, neque in praxi receptum quoad forum con-*
" *scientiæ, affirmat pius & doctus Navarrus eius-*
" *dem Greg. XIII. Pænitentiarius, & consultor in*
" *manual. cap. 27. fine. Cùm enim præmisisset cap.*
" *21. num. 5. quod in fine cap. 27. motum proprium*
" *Greg. XIII. poneret, dicit: quòd nondum ille mo-*
" *tus proprius exierat, neque publicatus fuerat, An.*
" *1587. cum decretus fuerit An. 1572. Pontific. Greg.*
" *An. 1. ut ex litteris, quæ nunc circumferuntur, con-*
"*stat*. Quod ut clarius constet, affero verba ip-
„sius Navarri desumpta ex manuali, impres-
„ sionis de An. 1588. ubi cap. 27. fine ait
„ *Quoniam vero in cap. 21. num. 5. promisimus*
„*inserere tenorem cuiusdam Bullæ fel. Rec Pii V.*
„ *& moderationes eorum, de quibus in subiecta*
„ *Gregorij XIII. Bulla, si exiret interea, quæ quia*
„ *non exivit, solàm hanc illius summam subijci-*
„ *mus*.
" Et subijcit Bullam Gregorij. XIII. *In*
„ *tanta*, quam referunt. Quar. in sum. Bull.
„ verbo Privil. Regul. pag. mihi 534. Che-
„rub. tom 2. Bull. in Gregorij XIII. const.
„ eius 9. pag. mihi 370. sub data 1572. Ka-
„ len. Martij. Ex quibus constat, quòd, cùm
„ ista

„ ista moderatio facta fuerit An. 1572. si
„ An. 1588. nondum exierat, nec erat pu-
„ blicata, ut colligitur ex verbis Navar. non
„ potuit amplius sub nomine Greg. exire, ne-
„ que publicari, cum dicto An. 1588. jam esset
„ vitâ functus Gregorius, & regnaret Sixtus
„ V. eius successor. Unde, cum non constet
„ ab alijs Pontificibus fuisse sufficienter pu-
„ blicatam, nullo modo obligabit, cum de es-
„ sentia legis sit, ut promulgetur; cap. *in istis*,
„ 5. *leges*, d. 4. Tanta tamen inest aviditas
„ in pectoribus aliquorum, Privilegia Regu-
„ larium exossandi, ut inde putem prove-
„ nisse, quòd dictam Bullam, decretam qui-
„ dem à Greg. sed propter ligitimas ratio-
„ nes à Sanctissimo, & Doctissimo Pontifi-
„ ce non promulgatam divulgaverint. Hac-
„ tenus Peyrin: Eadem etiam fuit Rodriq.
Medinæ. Sorbi, Portel, Augustini Bolis, Cho-
quier, Chassaing & aliorum plurimorum a-
pud Lezanam opinio. Quos ubi revicerit
larvatus Philalethes, Demonstrator clarus,
tunc & gloriari poterit, sese Analectorum
Authorem de Gregorianæ Bullæ publica-
tione convicisse. Quamquam tum, & ina-
niter gloriabitur: cùm Analectorum Author
non suam sententiam proferat, sed aliorum
dumtaxat recitet arbitria, quibus non ini-
tur. Subdit namquè. Ve-

Verùm quidquid de hoc sit, dici non posse, quòd, dicta bulla Pii. V. sit absolutè revocata, notorium imprimis fecit Hieronymus Mathæus, Cameræ Apostolicæ Generalis Auditor, Romanæque curiæ Iudex Ordinarius, ac Gregorii XIII. Camerarius (deinde Cardinalis) qui pòst prætensam revocationem, quæ per eundem Gregorium facta dicitur, nihilominus, privilegia per Pium V. in B. *Etsi mendicantium* & B. *Ad hoc Nos Deus.* (Quarum ipse expressam mentionem facit) velut denuò restituta debitæ executioni Authoritate Apostolicâ demandauit 14. Martii 1584. Pontificatus autem ipsius Gregorii anno 12. Cujus hoc est compendium. *Nuper fuit Nobis pro parte &c. Ordinum Mendicantium maxima cum querela reverenter expositum, quòd licet iuxta plura & diversa privilegia &c. Et præsertim in vim diversarum litterarum Apost. à fel: record. Pio Papa V. sub. datum Romæ, 17. kal: Iunij 1567 & sub datum Ro. die 23 Sept. 1571. expeditarum &c. & in vim confirmatoriarum litterarum earundem per litteras Apost: S. D. N. Gregorij XIII. die 25. Sept: Martij 1575. expedit. Quilibet dictorum Ordinum, in Ecclesijs suorum Ordinum, quando eis placuerit, & à suis superioribus deputati fuerint, absque alicuius loci Ordinarij contradictione, vel licentia verbum Dei populo prædicare, Christi fidelium quorum*

libet confessiones audire, & per dictos superiores transmissi, & examinati ad Sacros, etiam presbyteratus Ordines, etiam absque eorum Ordinarii dimissorialibus litteris recipi, & admitti possint &c. Nihilominus nonnulli &c. nullo iuris adminiculo litteris Apostolicis præfatis temerè de facto malitiosè contravenientes impediunt &c. Quocirca Nos Hieron. Matthæus &c. volentes præfatas, & quascumque alias litteras Apost: nostri authoritate officij debitæ executioni demandare, districtè præcipiendo mandamus &c. Integrum eius contentum videri potest apud Confet: mihi fol: 235.

2°. Idem fit manifestum ex eo, quòd summi Pontifices Paulus V. & Urbanus VIII. hic mox citandi, eisque conformis Sacra Congregatio Concilij Trid. eam in suis declarationibus sæpè recitent, ac in aliquibus observari præcipiant, ut in illa declaratione, quâ decernit S. Congregatio, ad quas processiones Regulares compelli possunt, quamque refert Peyrinis cit. §. 29. & Aldan. in compend. Can. Resol. lib. 2. tit. 8. n. 25. Barbosa ad c. 13. sess. 25. Concil. Trid. n. 36. ubi ita determinat, *Dummodò processiones sint eius generis, quòd in Bulla S. D. N. Pij V. Mendicantibus concessa, quæ incipit: Etsi Mendicantium; publicata 17. Kal. Iunij An. 1567. comprehendantur. Et dummodo Regulares non sint ex illis Conventibus; Collegia nuncu-*

nuncupatis, quæ in eadem Bulla excipiuntur. Inutile & futile nunquid esset, ex ista Bulla restrictiones observandas, ac validas apponere, quam ipsi Patres revocatam censerent ac annullatam? Proinde non revocata per Gregorium tota ipsa, sed in aliquibus modificata solummodò censeri debet. Ita expressè Barbosa part. 3. de potest Epis. alleg. 86. n. 9. vbi dicit. *Neque verum est, quòd prædicta Constitutio fuerit revocata: quod etiam censuit Congregatio Interpretum teste Caraccia. Sicque etiam fuit decisum in Rota, Liciensis, de quarta funer.* 15. *Ian.* 1618. Cùm enim dicta Bulla contineat & quasdam constitutiones Tridentino, jurique communi adversas, & etiam ejusdem Concilij declarationes, rectè cum Molfesio, Miranda, Peyrinis, ac prænominatis Authoribus ita distinguit Lezana tom. 2. cap. 1. n. 16. *Dicendum est Gregorium XIII. solùm revocasse constitutionem Pij V. quatenus per ipsam conceditur aliquid contarium decretis Concilij Trid: non tamen quatenus conceditur aliquid non contrarium ipsis. Ita enim dicitur à Sacra Congregatione declaratum (quæ declaratio extat apud Carac: de quarta funer: cap. 1.) Nec etiam est revocata quantùm ad ea, quæ dictus Pontifex Pius dixerat non aliquid de novo concedendo, sed explicando Concil. Tridentinum.*

Et meritò quidem: nam istæ declarationes Pyanæ neutiquàm Tridentino adversantur.

Declarans enim, nihil novi agit, iuxta Clement: *Exivit*, de verb. ſignif. & Gloſſam in cap *Per tuas.* Verb. *Novo.* De donat: Et qui legem declarat, diſpoſitionis eius naturam, aut eſſentiam nequaquam deſtruit; ut oſtendit Roland. Conſil. 15. num. 27. volum. 30. Deci: Conſil 8. n. 311. lib. 9. Menoch. Conſil. 331. n. 100. Non igitur revocatæ ſunt per Gregor. Unde & ipſe de illis declarationibus in ſua Bulla nullam omninò facit mentionem Subſcribit Marchant. Part 2. fundam. Ord. S. Franciſci: Tit. 11. §. 4. q. 2. his verbis *Cum terminorum Concilij declaratio Authoritate S. Sedis facta pro gemino intellectu Concilij ſit habenda*, Gregor. *XIII. in præfata Bulla, nec voluit, nec potuit derogare Bullæ, Etſi Mendicantium, in iis, quæ decretorum Concilij merè declarativa ſunt: quale eſt decretum ſeſſ. 24. cap. 4. quo non comprehendi Mendicantes aſſerit* Pius: ac aliquorum, *falſâ ſeu minus verâ intelligentiâ* (verba Bullæ Pyanæ ſunt §. 2. & 1.) adverſùs dictos Ordines *Concilij Trid. decreta in pravum ſenſum eſſe retorta declarat.*

Imò ſi rectè expendantur verba Bullæ Gregorianæ, quibus tota vis derogatoria ſeu revocatoria ineſt, ſtatim apparebit, ita revocari illa, quæ dicto Concilio repugnant, ut reliqua omnia, quæ eidem contraria non

ſunt

sunt, in suo robore ac vigore reliquantur: ita enim sonant. *Omnibus & quibuscumque in eis* (literis ac constitutionibus Py V.) *contentis, eam deinceps dispositionem atque decisionem pro subjecta materia futuram esse, quæ sive ex jure veteri, sive ex sacris dicti Concilij decretis, sive alias legitimè ante dictarum literarum & constitutionum editionem, erat, & (si ipsæ non emanassent) futura fuisset.* Hinc Lezana tom. 2. cap. 1. ubi à n. 16. discutit, & enumerat omnia, quæ in ista constitutione Py V. revocata censeri debeant, & quæ non revocata, n. 27. expressè monet. " *Id verò quod de Missis, seu officijs divinis à Mendicantibus celebrandis, concionibus, lectionibus, & sermonibus pro mortuis in Ecclesijs eorum faciendis, eleëmosinis pro Missis, & officijs divinis recipiendis, & prædictis Missis, & officijs divinis quacumque die, & tempore dicendis, & audiendis à Christi fidelibus, subjunxit idem Pontifex Pius V. omnino manet in sua vi & robore: tum quia nullo modo contrariatur Concilio Trident: tum quia ita usu, & praxi in Ecclesia Dei receptum. Vide dicta tom. 1. cap. 12. num. 41. cap. 21. num. 11. & Peyrinis tom. 1. privileg: in Constit: 12. Leonis 10. n. 1. & in tom. 2. super hanc Constitutionem Py V. §. 10. n. 11.*

Non revocantur igitur, sed confirmantur illa omnia privilegia, exemptiones, & dispositiones

sitiones, quæ ante constitutiones Pij V. *sive ex iure veteri, sive alias legitimè*, erant, per legitimam nimirum summorum Pontificum Authoritatem data & facta.

Quod ut omnis hæsitatio auferatur, 3°. id evidens fit per Bullam Pauli V. *Expositum nobis*, 16. Febr 1607. quâ §. 4. ita statuit interdicens majorem eleëmosynam exigi ab ijs, qui in Ecclesia Regulari sepeliuntur, *eâ, quam illis præscribit concil. Trid. Sess. 25. cap. 3. juxta explicationem à fel. record. Pio Papa V. prædecessore nostro emanatam sub dat. Romæ 1567. XVII. Kal. Iunij, Pontific. anno 2.* Quam Bullam, & verba recitat, probat, & confirmat etiam Urbanus VIII. constit. quæ incipit: *Aliàs à feli: Record. Paulo Papa V.* datâ duod. Kal. April. 1624.

4°. Vlterius evincit declaratio S. Congregationis cap. 12. referenda, ubi clarissimis terminis dicitur: *Iuxta Constitutionem sanctæ memoriæ Pij V. datam 8. Idus Augusti, Pontificatûs illius anno 6. Quæ à fœli. record Gregorio XIII. non est revocata per reductionem Privilegiorum ad terminos Concilij Trident.* Illa autem reductio â Gregorio facta est, per Bullam ipsius, *in tanta*, in qua compendiosè recitat indulta à Pio V. Regularibus privilegia *super concionibus habendis, confessionibus audiendis, Sacramentorum administratio*

ministratione, *sepulturis*, *quartâ funeralium*, ac moderationes, & restrictiones ab eodem Pio V. circa illa, & *circa Confessariorum Regularium etiam Mendicantium approbationem* factas. Inter quæ non tantùm est illa constitutio, *Romani Pontificis*, de qua agit dicta Congregationis declaratio, sed & illa, *Ad hoc nos Deus*. Et speciatim ista, *Et si Mendicantium*: Fitque reductio non hujus dumtaxat, vel illius, sed generaliter omnium: prout clarè exprimitur per hæc verba: *Prædictis, & aliis omnibus Litteris, & Constitutionibus, quæ ab eodem Prædecessore, eisdem de rebus quomodolibet emanarunt*. Igitur nec una magis censeri debet revocata, quàm altera. Cùm ergo S. Congregatio declararit unam, sc: *Romani Pontificis*, per istam reductionem neutiquam esse revocatam, evidens est, nullam esse revocatam. Unde & Urbanus VIII. in Brevi suo, *Aliàs à nobis*, de quo inferius cap. 12. decernens quando Regulares Confessarii denuò possint examinari, id fieri vult *ad præscriptum S. Memoriæ Pii Pp. V. Prædecessoris nostri hac de re editum*, estque Bulla jam dicta, *Romani Pontificis*. In cujus etiam scholio primo Flavius Cherubin. in suo compendio Bullarii disertè affirmat, eam non esse revocatam: adeoque nec ulla alia jam memora-

moratarum revocata esse censeri debet.

5°. Editum ab Hieron. Mathæo prænominato) adhuc vivête, & vidête Gregorio)pro manutenẽtia privilegiorũ sacris Mendicantium Ordinibus per antedicta Pij V. diplomata, quæ, vt vidimus, omnia recitat, indultorum, monitorium executoriale postmodum renovavit, ac contra temerarias malevolorum interpretationes roboratum, executioni mandari præcepit sub gravissimis pœnis Ioan. Dominicus Spinola, item causarum Cameræ Apostolicæ sub Paulo V. Generalis Auditor, per suas monitoriales publicatas 12. Oct. 1612. Unde & cæteri Romanæ curiæ Iudices juxta dictorũ diplomatum Pyanorum tenorem semper judicarunt, SS. Card. Congregationes decreta sua & declarationes, ipsique summi Pontifices sanctiones suas, hucusque formarunt, & conformarunt.

6°. Idem præterea decidit (signanter de Bulla Pij V. *Etsi Mendicantium*) Rota Romana 15. Ian. 1618 hisce expressissimis terminis. *Domini censuerunt Monasterium Clericorum Regulariũ non teneri ad solutionem quartæ funeralium, &c. Nec obstat Concilium Trident. sess. 25. cap. 13. ut declaravit sanctissimus* Pontifex *Pius V. in sua constitutione de anno* 1567. (quæ est ista: *Etsi Mendicantium*) &c. *Neque est verum, quod prædicta Constitutio Pij V. fuerit revocata per* Gregorium *XIII. ut*

in eius Bulla, *quam refert.* Navar. in manuali Cap. 27. in fine: *Quia cùm d. Bulla Pij plura contineret, per Gregorium reducta fuit ad terminos Concilij, ut censuit Congregatio illuſtriſſ. Interpretum.* Ita etiam tam de illa, quàm iſta, *Romani Pontificis*, plures deciſum fuit à S. Congregatione, in duplici Salertina; vnâ 15. Aug. 1591. alterâ 15. Aug. 1597. Item & aliá Charcharenſi, aliâque, Elborenſi. Denique & aliá Tarentinâ, *Quartæ funeralium* 5. Decemb. 1629. In quibus omnibus illud additur: *Iuxta Constitutionem Pij V. quæ à Gregorio XIII. revocata non fuit.* Quæ deciſiones ab eadem S. Congregatione miſſæ nuper ſunt 4. Auguſt. 1646. cum ſubſcriptione Card. Caraffæ, & Paulutij. Congregat. Secretarij Epiſcopo Piſaurienſi, & juſſæ accuratè obſervari. Expendat hæc omnia, quæ hactenus adducta ſunt, Lovanienſis ille *Faſciculorum* conſarcinator: cumque pudeat Apoſtolicum Pij V. diploma appellare, *putre iam, & fœtidum cadaver*; quod hactenus nedum in viridi & viva eſt obſervantia, verùm etiam magna apud Apoſtolicam Sedem reverentia; vti cenſent, & ex profeſſo latè probant Doctores, Petrus de Fay in diſcurſu cit. Guiliel. Seguier in defenſorio, Lezana conſult. 40. citans Ioannem, Præpoſitum, Villalobos, Caſtro-


 palaum

palaum, Tamburinum, Suarez atque Fagundes. Portel, Lauretus de Franchis p. 3. n. 52. & seq. Pasqualigus ibid. & novissimè Petrus de Murga tom 2. disquis. Moral. & Canon. disquis. 7. n. 144. & disq. 4. dub. 8. n. 15. & sequent. Franciscus Samuellius in praxi de sepul. præludi. 1. n. 8. & præludi. 5 Pellizarius tom. 2. tract: 8. n. 162. Moronns Resp: 52. n. 15.

Adeo ut hac de nullum ampliùs dubiùm Superesse possit. Cùm enim non solùm SS. Congregationes, & Rota ad roborandas confirmandasque declarationes suas, ac decisiones & Sententias, sed & ipsi summi Pontifices ad sua decreta stabilienda, istam Pii V. Constitutionem passim adducant, ut vidimus, ipsis omnino certum esse debet (adeoque, & nobis omnibus) illam etiamnum hodie suâ vi pollere, ac vigore. Nam si penitus esset extincta & annullata, quorsùm eam Sacræ Congregationes, quorsùm Rota, quorsùm producerent summi Pontifices? Quam vim, quale robur suis sanctionibus & rescriptis adderent per rejectaneas, & inanes exuvias? Certè eam ob causam in suis decretis, quorum aliqua adduximus, & in quibus de Pii V. Bulla mentionem faciunt, expressissimè addunt. *Quæ à fælic: record: Grego-*

 rio

rio XIII. *non est revocata per reductionem Privilegiorum ad terminos Concilii Trident.* Possetne clarioribus terminis veritas exprimi? Luculentior profectò declaratio desiderari prorsus nequit. Proinde quæ Beatus Pontifex declaravit, & statuit in illo allegato §. 10. de libera in Ecclesijs Regularium verbi Dei auditione plenum robur, ac vim suam hactenus obtinent. In qua Bulla & istud probè observandum venit, illam esse instructam tot clausulis derogatorijs specialibus & specialissimis, vt per illas omni prorsus constitutioni Pontificiæ & Cōciliari, omnibusque Canonibus ac decretis in quocumque Concilio, nullo prorsus excepto, in contrarium latis, penitus derogatum sit: adeòque non solùm statutis Concilij Trident. Sed & omnium præcedentium, quæ ad Apostolorum ætatem usque casso labore agglomerat clarus demonstrator, & ad rem amplius nihil faciunt, nec afficiunt Regularium Ecclesias, neque declarationi Pij V. per generalem consuetudinem stabilitæ, ne vel in minimo officiunt: sicut particulatim singula eruditè, pro more, eventilans explanat Eximius S.S. Canonum Exhibitor.



CAP. VI.

Audientes ibidem quolibet tempore, Dei verbum, obligationem adimplent; & quamvis illud in Parochia non audiant, nullius peccati reatum incurrunt.

IAm verò de iure veteri, ac etiam per summos Pontifices, ante Bullæ, *Et si mendicantium*, editionem dispositum fuisse, & liberam sæcularibus facultatem factam de audiendis, quovis tempore, in Ecclesijs Regularium verbo Dei & Missâ (de qua infrà patebit) adeo enucleatè, dilucidè ac solidè ex authenticis totius antiquitatis documentis, evicit ac stabilivit laboriosissimus, & planè Eximius SS. Canonum Exhibitor, ut ipsi quidem non secùs ac Analecti procul, è Palladocia, allatrare Dialogista, & is qui clari Demonstratoris nomine exultat, aliquantò propius obmurmurare audeant, ne sine aliquo saltem strepitu cessisse videantur, nec vnum tamen vel minimum ex omnibus, articulum expugnare aggressi sint.

Neque enim habent, quod vel vni concilio Viennensi opponant: dum in Clement. *Dudum*

Dudum, de ſepulturis, inſertâ corpori juris Can. (& cui caproptcr juxta communes juris regulas per Concil. Trid. minimè derogatum eſt) innovans decretalem Bonifacij. VIII. *ſuper cathedram*, ſtatuit : *ut Prædicatorum Ordinum Fratres in Eccleſijs, & locis eorum, & in Plateis communibus liberè valeant Clero, & populo prædicare, ac proponere verbum Dei, horâ illâ dumtaxat exceptâ, in qua locorum Prælati* (qui in eadem Bulla contra Rectores, ac Sacerdotes parochiales diſtinguuntur) *prædicare voluerint.* Ubi nulla Dominica vel feſta dies excipitur; adeòque & liberum cuivis fecit, ut ſine culpa Dominicis etiam, & feſtis diebus eorundem conciones audire poſſit. Nam hoc ipſum erat, uti liquet ex initio Bullæ, ſuper quo à Prælatis, ac Parochis controverſia erat mota, contendentibus populum non debere, nec poſſe intereſſe concionibus dictorum Religioſorum, ſed obligatum eſſe ad audiendas conciones parochiales; quas notum eſt non ſolitas fieri niſi Dominicis, feſtiſque diebus; adeòque tunc à Religioſis conciones ad populum non habendas, quò ille ſic cogeretur ad eas nullibi alibi, niſi in parochiali Eccleſia audiendas.

Eandem diſpoſitionem poſteà Paulus III.

Declarans enim, nihil novi agit, iuxta Clement: *Exivit*, de verb. signif. & Glossam in cap *Per tuas.* Verb. *Novo.* De donat: Et qui legem declarat, dispositionis eius naturam, aut essentiam nequaquam destruit; ut ostendit Roland. Consil. 15. num. 27. volum. 30. Deci: Consil. 8. n. 311. lib. 9. Menoch. Consil. 331. n. 100. Non igitur revocatæ sunt per Gregor. Unde & ipse de illis declarationibus in sua Bulla nullam omninò facit mentionem Subscribit Marchant. Part 2. fundam. Ord. S. Francisci: Tit. 11. §. 4. q. 2. his verbis *Cum terminorum Concilij declaratio Authoritate S. Sedis facta pro gemino intellectu Concilij sit habenda*, Gregor. *XIII. in præfata Bulla*, *nec voluit*, *nec potuit derogare Bullæ, Etsi Mendicantium*, *in iis*, *quæ decretorum Concilij merè declarativa sunt*: *quale est decretum sess.* 24. *cap.* 4. *quo non comprehendi Mendicantes asserit* Pius: ac aliquorum, *falsâ seu minus verâ intelligentiâ* (verba Bullæ Pyanæ sunt §. 2. & 1.) adversùs dictos Ordines *Concilij Trid. decreta in pravum sensum esse retorta declarat.*

Imò si rectè expendantur verba Bullæ Gregorianæ, quibus tota vis derogatoria seu revocatoria inest, statim apparebit, ita revocari illa, quæ dicto Concilio repugnant, ut reliqua omnia, quæ eidem contraria non

sunt

sunt, in suo robore ac vigore reliquantur: ita enim sonant. *Omnibus & quibuscumque in eis* (literis ac constitutionibus Py V.) *contentis, eam deinceps dispositionem atque decisionem pro subiecta materia futuram esse, quæ sive ex iure veteri, sive ex sacris dicti Concily decretis; sive alias legitimè ante dictarum literarum & constitutionum editionem, erat, & (si ipsæ non emanassent) futura fuisset.* Hinc Lezana tom. 2. cap. 1. ubi à n. 16. discutit,& enumerat omnia, quæ in ista constitutione Py V. revocata censeri debeant, & quæ non revocata, n. 27. expressè monet. " *Id verò quod de Missis, seu officijs divinis à Mendicantibus celebrandis, concionibus, lectionibus, & sermonibus pro mortuis in Ecclesijs eorum faciendis, eleëmosinis pro Missis, & officijs divinis recipiendis, & prædictis Missis, & officijs divinis quacumque die, & tempore dicendis, & audiendis à Christi fidelibus, subiunxit idem Pontifex Pius V. omnino manet in sua vi & robore: tum quia nullo modo contrariatur Concilio Trident: tum quia ita usu, & praxi in Ecclesia Dei receptum. Vide dicta tom. 1. cap. 12. num. 41. cap. 21. num. 11. & Peyrinis tom. 1. privileg: in Constit: 12. Leonis 10. n. 1. & in tom. 2. super hanc Constitutionem Py V. §. 10. n. 11.*

Non revocantur igitur, sed confirmantur illa omnia privilegia, exemptiones, & dispositiones

sitiones, quæ ante constitutiones Pij V. *sive ex iure veteri, sive alias legitimè*, erant, per legitimam nimirum summorum Pontificum Authoritatem data & facta.

Quod ut omnis hæsitatio auferatur, 3°. id evidens fit per Bullam Pauli V. *Expositum nobis*, 16. Febr 1607. quâ §. 4. ita statuit interdicens majorem eleëmosynam exigi ab ijs, qui in Ecclesia Regulari sepeliuntur, *eâ, quam illis præscribit concil. Trid. Sess. 25. cap. 3. juxta explicationem à fel. record. Pio Papa V. prædecessore nostro emanatam sub dat. Romæ 1567. XVII. Kal. Iunij, Pontific. anno 2.* Quam Bullam, & verba recitat, probat, & confirmat etiam Urbanus VIII. constit. quæ incipit: *Aliàs à feli: Record. Paulo Papa V.* datâ duod. Kal. April. 1624.

4°. Vlterius evincit declaratio S. Congregationis cap. 12. referenda, ubi clarissimis terminis dicitur: *Iuxta Constitutionem sanctæ memoriæ Pij V. datam 8. Idus Augusti, Pontificatûs illius anno 6. Quæ à fæli. record Gregorio XIII. non est renocata per reductionem Privilegiorum ad terminos Concilij Trident.* Illa autem reductio â Gregorio facta est, per Bullam ipsius, *in tanta*, in qua compendiosè recitat indulta à Pio V. Regularibus privilegia *super concionibus habendis, confessionibus audiendis, Sacramentorum administratio*

nistratione, *sepulturis*, *quartâ funeralium*, ac moderationes, & restrictiones ab eodem Pio V. circa illa, & *circa Confessariorum Regularium etiam Mendicantium approbationem* factas. Inter quæ non tantùm est illa constitutio, *Romani Pontificis*, de qua agit dicta Congregationis declaratio, sed & illa, *Ad hoc nos Deus*. Et speciatim ista, *Et si Mendicantium*: Fitque reductio non hujus dumtaxat, vel illius, sed generaliter omnium: prout clarè exprimitur per hæc verba: *Prædictis*, *& aliis omnibus Litteris*, *& Constitutionibus*, *quæ ab eodem Prædecessore*, *eisdem de rebus quomodolibet emanarunt*. Igitur nec una magis censeri debet revocata, quàm altera. Cùm ergo S. Congregatio declararit unam, sc: *Romani Pontificis*, per istam reductionem neutiquam esse revocatam, evidens est, nullam esse revocatam. Unde & Urbanus VIII. in Brevi suo, *Aliàs à nobis*, de quo inferius cap. 12. decernens quando Regulares Confessarii denuò possint examinari, id fieri vult *ad præscriptum S. Memoriæ Pii Pp. V. Prædecessoris nostri hac de re editum*, estque Bulla jam dicta, *Romani Pontificis*. In cujus etiam scholio primo Flavius Cherubin. in suo compendio Bullarii disertè affirmat, eam non esse revocatam: adeoque nec ulla alia jam me-

 mora-

moratarum revocata esse censeri debet.

5°. Editum ab Hieron. Mathæo prænominato) adhuc vivēte, & vidēte Gregorio)pro manutenētia privilegiorū sacris Mendicantium Ordinibus per antedicta Pij V. diplomata, quæ, vt vidimus, omnia recitat, indultorum, monitorium executoriale post modum renovavit, ac contra temerarias malevolorum interpretationes roboratum, executioni mandari præcepit sub gravissimis pœnis Ioan. Dominicus Spinola, item causarum Cameræ Apostolicæ sub Paulo V. Generalis Auditor, per suas monitoriales publicatas 12. Oct. 1612. Unde & cæteri Romanæ curiæ Iudices juxta dictorū diplomatum Pyanorum tenorem semper judicarunt; SS. Card. Congregationes decreta sua & declarationes, ipsique summi Pontifices sanctiones suas, huiusque formarunt, & conformarunt.


6°. Idem præterea decidit (signanter de Bulla Pij V. *Etsi Mendicantium*) Rota Romana 15. Ian. 1618 hisce expressissimis terminis. *Domini censuerunt Monasterium Clericorum Regulariū non teneri ad solutionem quartæ funeralium, &c. Nec obstat Concilium Trident. sess. 25. cap. 13. ut declaravit sanctissimus* Pontifex *Pius V. in sua constitutione de anno* 1567. (quæ est ista: *Etsi Mendicantium*) &c. *Neque est verum, quòd prædicta Constitutio Pij V. fuerit revocata per* Gregorium *XIII. ut*

in eius Bulla, *quam refert*. Navar. in manuali Cap. 27. in fine: *Quia cùm d. Bulla Pij plura contineret*, *per Gregorium reducta fuit ad terminos Concilij*, *ut censuit Congregatio illuſtriſſ. Interpretum*. Ita etiam tam de illa, quàm iſta, *Romani Pontificis*, plures deciſum fuit à S. Congregatione, in duplici Salertina; vnâ 15. Aug. 1591. alterâ 15. Aug. 1597. Item & aliâ Charcharenſi, aliâque, Elborenſi. Denique & aliâ Tarentinâ, *Quartæ funeralium* 5. Decemb. 1629. In quibus omnibus illud additur: *Iuxta Conſtitutionem Pij V. quæ à Gregorio XIII. revocata non fuit*. Quæ deciſiones ab eadem S. Congregatione miſſæ nuper ſunt 4. Auguſt. 1646. cum ſubſcriptione Card. Caraffæ, & Paulutij Congregat. Secretarij Epiſcopo Piſaurienſi, & iuſſæ accuratè obſervari. Expendat hæc omnia, quæ hactenus adducta ſunt, Lovanienſis ille *Faſciculorum* conſarcinator: eumque pudeat Apoſtolicum Pij V. diploma appellare, *putre iam*, *&* *fœtidum cadaver*; quod hactenus nedum in viridi & viva eſt obſervantia, verùm etiam magna apud Apoſtolicam Sedem reverentia; vti cenſent, & ex profeſſo latè probant Doctores, Petrus de Fay in diſcurſu cit. Guiliel. Seguier in defenſorio, Lezana conſult. 40. citans Ioannem Præpoſitum, Villalobos, Caſtro-
F 2 palaum

palaum, Tamburinum, Suarez atque Fagundes. Portel, Lauretus de Franchis p. 3. n. 52. & seq. Pasqualigus ibid. & novissimè Petrus de Murga tom 2. disquis. Moral. & Canon. disquis. 7. n. 144. & disq. 4. dub. 8. n. 15. & sequent. Franciscus Samuellius in praxi de sepul. prælud. 1. n. 8. & prælud. 5 Pellizarius tom. 2. tract: 8. n. 162. Moronns Resp: 52. n. 15.

Adeo ut hac de nullum amplius dubium Superesse possit. Cùm enim non solùm SS. Congregationes, & Rota ad roborandas confirmandasque declarationes suas, ac decisiones & Sententias, sed & ipsi summi Pontifices ad sua decreta stabilienda, istam Pii V. Constitutionem passim adducant, ut vidimus, ipsis omnino certum esse debet (adeoque, & nobis omnibus) illam etiamnum hodie suâ vi pollere, ac vigore. Nam si penitus esset extincta & annullata, quorsùm eam Sacræ Congregationes, quorsùm Rota, quorsùm producerent summi Pontifices? Quam vim, quale robur suis sanctionibus & rescriptis adderent per rejectaneas, & inanes exuvias? Certè eam ob causam in suis decretis, quorum aliqua adduximus, & in quibus de Pii V. Bulla mentionem faciunt, expressissimè addunt. *Quæ à fælic: record: Grego-*

rio XIII. *non est revocata per reductionem Privilegiorum ad terminos Concilij Trident.* Possetne clarioribus terminis veritas exprimi? Luculentior profectò declaratio desiderari prorsus nequit. Proinde quæ Beatus Pontifex declaravit, & statuit in illo allegato §. 10. de libera in Ecclesijs Regularium verbi Dei auditione plenum robur, ac vim suam hactenus obtinent. In qua Bulla & istud probè observandum venit, illam esse instructam tot clausulis derogatorijs specialibus & specialissimis, vt per illas omni prorsus constitutioni Pontificiæ & Cōciliari, omnibusque Canonibus ac decretis in quocumque Concilio, nullo prorsus excepto, in contrarium latis, penitus derogatum sit: adeòque non solùm statutis Concilij Trident. Sed & omnium præcedentium, quæ ad Apostolorum ætatem usque casso labore agglomerat clarus demonstrator, & ad rem amplius nihil faciunt, nec afficiunt Regularium Ecclesias, neque declarationi Pij V. per generalem consuetudinem stabilitæ, ne vel in minimo officiunt: sicut particulatim singula eruditè, pro more, eventilans explanat Eximius S.S. Canonum Exhibitor.



CAP. VI.

Audientes ibidem quolibet tempore, Dei verbum, obligationem adimplent; & quamvis illud in Parochia non audiant, nullius peccati reatum incurrunt.

IAm verò de jure veteri, ac etiam per summos Pontifices, ante Bullæ, *Et si mendicantium*, editionem dispositum fuisse, & liberam sæcularibus facultatem factam de audiendis, quovis tempore, in Ecclesijs Regularium verbo Dei & Missâ (de qua infrà patebit) adeo enucleatè, dilucidè ac solidè ex authenticis totius antiquitatis documentis, evicit ac stabilivit laboriosissimus, & planè Eximius SS. Canonum Exhibitor, ut ipsi quidem non secùs ac Analecti procul, è Palladocia, allatrare Dialogista, & is qui clari Demonstratoris nomine exultat, aliquantò propius obmurmurare audeant, ne sine aliquo saltem strepitu cessisse videantur, nec vnum tamen vel minimum ex omnibus, articulum expugnare aggressi sint.

Neque enim habent, quod vel vni concilio Viennensi opponant: dum in Clement:

Dudum

Dudum, de sepulturis, insertâ corpori juris Can. (& cui eapropter juxta communes juris regulas per Concil. Trid. minimè derogatum est) innovans decretalem Bonifacij. VIII. *super cathedram*, statuit: *ut Prædicatorum Ordinum Fratres in Ecclesiis, & locis eorum, & in Plateis communibus liberè valeant Clero, & populo prædicare, ac proponere verbum Dei, horâ illâ dumtaxat exceptâ, in qua locorum Prælati* (qui in eadem Bulla contra Rectores, ac Sacerdotes parochiales distinguuntur) *prædicare voluerint*. Ubi nulla Dominica vel festa dies excipitur; adeòque & liberum cuivis fecit, ut sine culpa Dominicis etiam, & festis diebus eorundem conciones audire possit. Nam hoc ipsum erat, uti liquet ex initio Bullæ, super quo à Prælatis, ac Parochis controversia erat mota, contendentibus populum non debere, nec posse interesse concionibus dictorum Religiosorum, sed obligatum esse ad audiendas conciones parochiales; quas notum est non solitas fieri nisi Dominicis, festisque diebus; adeòque tunc à Religiosis conciones ad populum non habendas, quò ille sic cogeretur ad eas nullibi alibi, nisi in parochiali Ecclesia audiendas.

Eandem dispositionem posteà Paulus III.

ad Societatem Iesu extendens constitut: suâ, *Licet debitum*, 1549. clarissimis terminis pronuntiat: *Quòd omnes, ac singuli alij Christi fideles, cujuscumque conditionis existant, qui verbi Dei concionibus, seu Sociorum hujusmodi in Ecclesijs, ubi ipsi concionabuntur, interfuerint, diebus hujusmodi Missas, & alia divina officia audire, & Ecclesiastica Sacramenta ibidem recipere liberè, & licitè valeant. Nec ad id ad proprias parochiales Ecclesias accedere teneantur.*

Nec dici potest huic constitutioni esse, derogatum per Concil. Trident. Nam Gregor. XIII. Bulla, *Ascendente Domino*, 1584. Kalend. Junij sic sancit §. 19. *Motu proprio, & ex certa scientia nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine ipsius Societatis quæcumque privilegia, facultates, exemptiones, immunitates, gratias & indulta à prædictis Prædecessoribus nostris* (inter quos primo loco §. 2. nominaverat Paulum III.) *approbamus, & confirmamus.* Valet illa itaque Paulina constitutio ac dispositio etiam nunc, ac robur obtinet nedum pro ipsa Societate; sed & omnibus Ordinibus, cum ipsa in privilegiorum participatione communicantibus.

Accedit ad hæc usitatissima totius Ecclesiæ praxis, & communis fidelium consuetudo, frequentantium passim diebus Do-

minicis

minicis, ac festis Ecclesias Regularium ad audiendum Verbum Dei, relictis proprijs Parochijs, quam hac in re vel maximi faciendam rectè monent Zerola in praxi Episc. p. 1. verb: prædicatio ad 4. Barbosa de Off. & Potest. paroch p. 1. cap. 14. n. 11. alijque ab ipso citati. Peyrinis ad Bull. Leonis X. §. 1. Lezana ibi supra n. 26. Consuetudine autem, perinde ac privilegio, statutis ac legibus derogari, & per illam non minùs, quàm per privilegium, jus acquiri fusè probat Petrus Gregor. lib. 47. syntag. juris cap. 22. Borel. in sum: tom. 1. tit. 14. n. 60. Leo Thes. for. Eccl. part. 3. cap. 8. n. 96. Moronus resp. 99. n. 145. & 150. & resolutoriè Eligius Bassæus tom. 2. v. prædicat. n. 2. in fine asserens obligationi audiendi verbum divinum in propria parochia derogatum esse. Quibus accedens Fermosinus ad cap. *Cum sit ars* q. 1. n. 24. Licet, inquit, Concilium Trident. cap. 4. Sess. 24. dicat quòd vnusquisque teneatur interesse suæ parochiæ, ad audiendum verbum Dei, tamen Zerola, & Barbosa allegation: 76. n. 34. dicunt illam obligationem pro propria parochia esse derogatam per generalem consuetudinem contrariam.

Hinc

Hinc, & Clemens VIII. illam consuetudinem audiendi licitè Missam diebus Dominicis & festis in Regularium Ecclesijs nedum probavit, sed & juxta eam definivit 22. Decemb. 1592.

Denique si liberum non esset Christi fidelibus frequentare Regularium Ecclesias ad audiendum festivis ac Dominicis diebus verbum Dei, sed obligarentur sub peccato ad id in proprijs Parochijs tunc audiendum, posset iste accessus ad Ecclesias & conciones Regularium iis ab Episcopis prohiberi pro istis diebus, cum interminatione censurarum, ac pœnarum ad frequentandum Ecclesias Parochiales solummodò audiendi verbi Dei causâ. Atqui constat utrumque esse expresè vetitum.

Prius à Clemente IV. an. 1265. 22. kal. Jul. Fratribus Ord: Præd: ita rescribente *Quidam temerè sentientes, & ad sobrietatem sapere nescientes, impudenter præsumunt asserere, quòd de licentia aut concessione Romani Pontificis, seu Legatorum Sedis Apostolicæ, vel Ordinariorum locorum, vos sine assensu sacerdotum Parochialium non potestis liberè prædicare populis, audire confessiones* &c. *Nos igitur volentes assertionem tam temerariam penitus confutare, & elucidare in talibus veritatem, deliberatione providâ declaramus*, & *de Romano Pontifice procul dubio*

tio esse erroneum dubitare, an in omnes sine alicuius consensu, imò & invitis quibuslibet, huiusmodi (liberè prædicandi populis, absolvendi Pœnitentes &c.)*concedere possit potestatem &c. Ideòque Authoritate Apostolicâ districtius inhibemus, ne quisquam super his, aut eorum aliqui, vos, vel aliquem vestrum, aut confitentes vobis, vel ad prædicationes vestras forsitan accedentes, contra præmissæ declarationis formam aliquatenus molstare præsumat.* Jd ipsum severius etiam prohibitum à Bonifacio IX. Constitutione, *Sacræ Religionis*, commemoratâ supra Cap: 4. vbi sic decernitur. *Vniversis, & singulis Prælatis ac Parochialium Ecclesiarum Rectoribus vbilibet constitutis, & aliis quibuscumque personis præsentibus, & futuris sub execommunicationis pœna, quam quemlibet contra facientem incurrere volumus ipso facto, districtius inhibentes, ne Fratres huiusmodi, quominus Missas, & alia divina officia in Ecclesiis suis quotidie celebrare possint, quomodolibet impedire, aut populum, Parochianos suos, quominus ad prædicationes dictorum Fratrum, quoties, & quando voluerint, accedant, retrahere quoquomodo præsumant*, &c. Annotentur ista. *Quoties, & quando*: vt pote per quæ nulla dies, nec Festum, nec tempus excipiuntur aut limitantur.


Secundum verò à S. Congregatione ita decidente 22. Novemb. 1592. *Ordinarius non potest*

rest per hoc Concilium (Trid.) *mulctis, & pœnis etiam in casu notabilis negligentiæ, aut contumaciæ cogere ad audiendum Missam, & sacram Concionem in Ecclesia Parochiali*. Sicque etiam referunt, & sentiunt Zerola l. c. verb. Paroch. Barbosa l. cit. & alleg. 76. n. 34. Peyrin. antè cit. Armend: in addit: ad recopil. leg. Navar. lib. 4. tit. 3. Traguriens: tom. 1. lib 6. tit. 1. num. 106. Hieron Roder. in compend. qq. Regul. resol. 122. n. 11. Trullench in Decal. lib. 3. cap. 1. dub. 4. num. 12. Weymsius ad 5. constit, ex innovat. per Concil. Trid. Pasqualigus in observat ad Lauret. de Franchis. n. 143. Card. Lugo de Eucharist disp. 22. sect. 1. num 2. & Chassaing. cap. 7. prop. 1.

Quòdque illa declaratio sit authentica, ostendit decisio curiæ Archi-Episc. Neapol. apud Riccium P. 1. decis. 152. in causa cuiusd: Parochiæ; vnde *Parochiani, habuerunt recursum ad curiam Archi-Episcopalem, de quadam prohibitione, & præcepto facto, à quodam Ordinario, qui statuerat, vt omnes Missam, & concionem non alibi, quàm in Parochia propria audirent. Fuit dubitatum, si de iure fieri potuisset. Dicebat vnus ex Dominis affirmando per text: expres: in Cap: vt dominicis*, de Parochijs. *Sed fuit resolutum contrarium, vigore declarationis* S. *Congregationis, de qua per-*

victorel.

victorel: cuius tenor est. Parochianos cogi non posse ab Episcopis ad Missã, Concionemve in Parochia audiendam, neque ad discenda ibidẽ christianæ pietatis fundamenta. vbi observandum, quòd affirmans dictam prohibitionem iure fieri potuisse, ad id probandum non adduxerit decretum Concilij Trid: probè noscens, illud Regularium Ecclesijs non præiudicare, vti clarè patescet in seq. Cur autem fideles ad audiendam in suis Parochijs Missam, & verbum Dei, cogi nequaquam possint, ideo est, quòd obligationi isti æquè satis fiat in Regularium Ecclesijs, ac in Parochialibus.



CAP. VII.

Nihil à Concilio Trid. contrarium statui ostenditur.

PRæcipuum, quod adversus capite præcedenti determinata adducunt, est caput 4. de reformat. sess. 24. ubi cùm tempora designâsset, quibus per Parochos esset prædicandum, videlicet, *saltem omnibus Dominicis, & solemnibus diebus Festis, temporè autem jejuniorum quadragesimæ, & Adventus Domini quotidie, vel saltem tribus in hebdomada diebus:* Subjungit. *Moneatque*

neatque Episcopus populum diligenter, teneri vnumquemque parochiæ suæ interesse ad audiendum verbum Dei: voluntque omni vi illud, *teneri vnumquemque*, non aliter intelligi posse, quàm de stricti juris, & præcepti obligatione sub peccato: aliqui etiam volunt sub gravi, & mortali, si bis tervè à concione parochiali absens quis fuerit.

Sed præter dicta cap. præced. ex quibus in promptu est ad istud Caput Responsio; statim occurit communis undique fidelium consuetudo, tam veteri, quàm novo juri innixa, tot summorum Pontificum constitutionibus fulta, confirmata, & sancita declarationibus, & decisionibus communita; quæ continuâ hactenus praxi probat, longè aliter, illud teneri *vnumquemque*, quàm de tam strictâ obligatione esse interpretandum: nisi quis velit etiam eâdem obligatione constringi fideles, ad verbum Dei in suis Parochijs audiendum *quotidie in quadragesima, & adventu Domini, vel saltem tribus in hebdomada diebus.* Ad illos enim æquè, ac ad Dominicos, & solemnes dies Festos, illud, *teneri vnumquemque* referri potest. *Verum Theoph: Paroch: p: 1. a. 4. cum sequent*; (Barbosæ verba sunt ad sess. 24. Trid. de reformat: cap. 4. 5. 15.) *multis probare intendit, audire Verbum Dei*

in

in parochia præceptum eſſe , & id deſumit ex verbo, teneri , hìc poſito : ſed demùm concludit : quòd hodiè uſus obſervat , vt quiſque extra Parochiam ſuam concionem audire valeat.

Deinde inter Doctores necdum convenit ; an iſtud , *teneri* , de ſtricti juris obligatione intelligi omninò debeat ; negantibus id quàm plurimis, ac graviſſimis Doctoribus ; imò maximâ eorum parte. Aliorum etiam (qui obligationem agnoſcunt) plurimis eam pro ſola Parochiali Eccleſia non admittentibus, ſicut mox patebit. Vt quid igitur in incerto ſententiarum, cenſoriâ ipſi protinùs ac privatâ authoritate laudatam ab Apoſtolica Sede , ac probatam fidelium conſuetudinem damnare præſumunt ; laqueos anxijs conſcientijs injiciunt , quietos hactenus animos temerè perturbant ? Præſertim ubi tantus Pontifex Pius V. contra eos , qui populum ad audiendas Dominicis diebus in Parochijs ſacras conciones ſtrictè *Teneri* contendebant, in Bulla ſæpè citata , & quam quoad rem preſentem, in viridi obſervantia remanere demonſtravimus §. 10. de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine (ad quam ſolam decretorum Conciliorum interpretatio pertinet) illud Tridentini) *Teneri*, declarat ad mentem ejuſdem Concilij , qualiter ſit intelligendum , his

his verbis. *Decretum, p r quod populum sæpè ad suas* (parochiales) *Ecclesias Dominicis, & majoribus Festivis diebus convenire debere monet insequendo, volumus quòd Fratribus Mendicantibus, non solùm prohiberi non possit, ne Missas & alia divina officia faciant in eorum Ecclesijs, verùm etiam tunc prædicare, ac etiam quicumque vtriusque sexûs fideles totius anni tempore, illas & illa in Ecclesijs Fratrum hujusmodi audire possint.* Ac insuper cùm per Honorium III. expresè constitutum sit cap. *in his*, de privileg: pro Mendicantium privilegijs *benignam potiùs esse interpretationem faciendam, quàm nimis strictè interpretanda indulta Apostolica.*

Non negamus quidem verbum hoc, *teneri*, importare sæpius necessitatem ac obligationem: attamen exploratum etiam est, eo, juxta subjectam materiam, & rationem exprimi, ac denotari voluntatem dumtaxat Superioris, sicuti & verbo, *oportet*, & verbo *debet* secundùm Gloss: verb: *Oportet* in cap. 1. de Iud. lib. 6. Monach: Lugens: decis. 63. n. 27. Barbos. de dictio: vsu freq: dict. 406. n. 2. aliosque. Ratio autem ac materia audiendæ concionis Dominicis diebus & festis subjecta per decretum verbo, *teneri*, licèt sit de lege naturali, & charitatis, illi, cui instructio est necessaria; non tamen subjacere eam alicui legi

gi, vel præcepto Ecclesiastico, communis est sententia Theologorum. Hesselij in Decal. cap. 14. Molani ad id. cap. 9. Bonacinæ ad id. disp. 5. punct. 2. n. 27. De Graffis. 1. p. decis. lib. 2. cap. 14. n. 8. Mauden. discurs. 2. in. 3. præcep. Azorii p. 1. lib. 7. cap. 3. q. 7. Suarez lib. 2. de Relig. cap. 16. n. 6. Castra. Palao: tom. 2. disp. 2. punct. 4. Trullench. tom. 1. in decal. lib. 3. dub. 4. n. 4. Molfesiij 1. p. sum. tract. 3. cap. 17. n. 74. Leandri p. 3. tract. 2. disp. 2. q. 37. & aliorum passim: *quia certum est*, inquit, Mauden, *nullam legem Ecclesiasticam de eo extare.* Cùm ergo concio non sit de aliquo Ecclesiæ præcepto dictis diebus à fidelibus audienda, quâ ratione dici potest eos *teneri* ex mandato & statuto canonico ad illam ijsdem diebus in propria Parochia audiendam, qui non obligantur ex aliqua lege Ecclesiastica ad eam alicubi audiendam?

Hanc etiam Doctorum Lovaniensium mentem ac sententiam fuisse, statim à publicatione Concilii Trident. satis demonstrant Theologicæ Theses in publicis eorum scholis præsente Ex. D. Baio, qui dicto Concilio interfuerat, pluries defensæ, præsertim Anno 1580. & 1575. & 1569. 24. Martii, item in Augusto quæ sic habent: *Etsi melius sit audire sacrificium Missæ in Parochia propria, quàm alie-*

na,

na; adhas tamen conditiones Ecclesiæ præcepto non astringimur: & quanquàm de Concione sacra audienda non habeamus expressum Ecclesiæ mandatum; videndum tamen est, ne piæ consuetudini, vel legi naturæ contraveniatur.

Nam si per illud ly, *teneri*, constringerentur fideles ad propriam solummodò Parochiam; non satisfacerent audientes Verbum Dei nequidem in aliena, quod tamen parochorum nemo unus dicet.

Proindè præter omnes hoc, & præcedenti cap. enumeratos planè negant illo verbo, *Teneri*, obligationem strictam seu præceptum importari Card: Lugo de Eucharist: disp. 22. sect. 1. n. 2. Barbosa in Collect: ad sess. 24. c. 4. de off: Paroch: c. 14. n. 12. alibique Steph. Weymsius ad constit. per Trid. innovat. in fine const. 5. Pax. Iord. Epis. Tagur. tom. 1. lib. 6. tit. 1. n. 105. & 106. ubi ad relatum Tridentini Decreti textum sic scribit: *Quamvis verba præfata videantur sonare præceptum sub mortali, propter verbum, Teneri. Quia tamen Concilium ipsum adiungit moderationem, ubi commodè fieri potest: Et quia usus non videtur admittere talem rigorem, &c. non esse præceptum obligans possumus dicere. Idque etiam esse declaratum sufficienter, tum propter Regularium privilegia à summo Pontifice concessa; tum ab universali consuetudine fidelium,*

fidelium, audiendi toto anni tempore Missas, divina Officia, & Conciones in Ecclesijs Regularium, quibus, ut alibi dictum est, maiori frequentiâ & decentiâ celebrantur. Unde & inferri potest, quòd semper sit magis commodum populo, ibi interesse, quàm in suis Parochiis.

Sed esto; exprimatur per verbum, *teneri*, strictæ obligationis præceptum, quoad Verbi Divini auscultationem. Ast quale illud? non nisi charitatis, & legis naturalis, quando necessaria illa est ad addiscendum ea, quæ ad salutem pertinent. Inde verò neutiquàm consequens sit, præceptum etiam esse, ut illud in propriis solummodò audiatur parochijs: sed hoc commoditati ac libertati fidelium relinquitur: ut rectè advertit Pasqualigus in observat: ad Laurent: de Franchis p. 1. n. 640. in hac verba: *Cùm Concilium habeat, teneri populum ad audiendum Verbum Dei in sua Parochia, dubitatur an hæc obligatio sit gravis, & sub mortali? Verùm, cùm in hac dispositione Concilij duo contineantur, nempè audire Verbum Dei, & audire in Parochia: existimo, quòd verbum, Teneri; quatenùs significat obligationem, refertur tantùm ad audire, non autem ad audire in Parochia: ita, ut sensus sit, quòd Episcopi moneant populos, quòd tenentur audire Verbum Dei, & quòd debent audire in Parochia si commodè fieri potest. Illa enim clausula, si*

 com-

commodè fieri potest, distrahit obligationem: quia relinquit arbitrium, an commodè impleri possit, an non: & ideò cùm referatur ad audire in Parochia, non imponitur quoad hoc obligatio. Et ita etiam praxis interpretatur; præsertim quia modò raro in Parochijs habetur concio.

Qamvis itaque ad audiendum verbum Dei teneatur populus; isti obligationi tamen planè satisfacit, quando illud audit, non quidem in capellis seu sacellis, Oratorijs, templis vel Ecclesijs (licet collegiatis etiam) àlias non privilegiatis quibuscumque, contra quas Tridentina Sanctio procul dubio militat, sed in Ecclesijs Regularium, quibus per indulta Pontificia ista libertas facta est, pro maiore fidelium, non solum commoditate, sed & instructione devotione, & spirituali vtilitate. Quare audientes ibidem verbum Dei quolibet tempore, ex dispositione Sedis Apostolicæ, censentur illud in Ecclesijs Parochialibus audivisse: siquidem eum in finem per Apostolicam authoritatem Regulares Ordinum Mendican: Eccl: Parochialibus iunctæ sunt & accumulatæ, amplissimâq; prædicandi populis quovis tempore, etiam Presbyteris Parochialibus invitis, potestate donatæ ac dotatæ, vt in ministerio verbi Dei, Missæ, Sacramentorum, etc. hæ illis pares essent, ac æqua-

æquales: Et sicuti Sacerdotes Parochiales assumpti sunt in adiutorium Episcoporum, ita & Regulares, præsertim Ordinum mendicantium, instituti sunt vtrorumque coadiutores & cooperatores necessarij. Quod apertè declarat Gregorius IX. anno 1246. B. *quoniam abundavit*, Episcopis, Prælatis ac Presbyteris ita scribens. *Ecce Ordinem Fratrum Prædicatorum Dominus suscitavit, qui non quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi, quærentes, tam contra profligandas hæreses, quàm contra pestes alias mortiferas extirpandas, se dicaverunt Evangelizationi verbi Dei, in abiectione voluntariæ paupertatis. Nos igitur eorum Sanctum Propositum, & Necessarium ministerium favore benevolo prosequentes, per Apostolica vobis scripta mandamus, dilectos filios, Fratres Ordinis memorati, pro reverentia divina ad Officium prædicandi, ad quod deputati sunt, recipiatis benignè, ac populos vobis commissos, vt ex ore ipsorum verbi Dei semen devotè suscipiant, & confiteantur eisdem sedulò admonentes.* Non minùs clarè id ipsum exprimitur à Bonifacio VIII. C. *super Cathedram*, & Clemente V. C. *Dudum* de sepult:

Deinde & à Sixto IV. qui in Extravag: *Vices illius*, de Treuga & pace, Eslingensium Parochorum, volentium constringere populum ad concionem Parochialem, conatus

acriter retundens, addit. *Animadvertimus, quòd hodiernis temporibus, hominum crescente malitiâ, nisi ager Dominicus, cultoribus idoneis, buccinatoribus S. Spiritus, & præconibus verbi Dei (qui præter cæteros in Ordinibus Fratrum Mendicantium, gratiâ assistente divina, in copioso numero reperiuntur) assiduè coleretur, vepribus malorum, & sentibus vitiorum omnium celeriter obrueretur.* Liquet inde, quàm necessarium, & oportunum adiutorium, per Fratrum Mendicantium ministerium ad Parochorum curam, Episcopis accesserit. Hinc Engelbertus Cultificis Ord: Prædicatorum S. Th: Doctor, qui sub Sixto. IV. vixit, in defensorio Privileg: FF. Mendicant. impresso Delphis an. 1508. Identidem inculcat quod " Ecclesia statuerit istos Fratres in cooperatores curæ, & curatorum, quo ad prædicandum verbum Dei, & confessiones audiendas: propter defectum aliquorum sacerdotum in eisdem, & Imperitiam eorumdem. Propter quod Ecclesia Fratrum, & Ecclesia Parochialis videtur quandammodo vna. Sive ergo populus audiat verbum Dei in Ecclesia Fratrum, vel in eius Parochia parum refert " id quod ibidem latè prosequitur.

Ex quibus evincitur, quàm frivolum sit ac ridiculum, illud aliquorum commentum, quod

quod liceat quidem Fidelibus, etiam Dominicis, ac Festis diebus audire Dei verbum in Regularium Ecclesijs, obligati tamen maneant ad id etiam in Parochijs audiendum: cùm abundè satis iam demonstratum sit, fideles audientes Dei verbum in Ecclesijs Regularium, per Apostolicæ Sedis dispositionem ab ulteriore obligatione liberos esse, vt pote cui per hoc æquè satis, fecerint, ac si in Parochiali audivissent, sicut & declaravit Pius. Nec etiam cogi vllatenus possint, *ad audiendam Missam, vel concionem in Ecclesia Parochiali.* Neque ullo prorsus indulto Apostolico, vel gratiâ Pontificiâ opus habeat ad hoc, vt sexties vno die verbum Dei, si velit, audiat.

Quæ omnia insuper Doctorum Coloniensium calculis latè comprobata videantur inferius cap: 11.

Ceterùm facilis iam ex prædictis redditur intellectus rescripti, quod ad Episcopum Andegavensem direxit Alexander VII. die 26. Feb: an. 1659. circa responsum ad quartam propositionem ipsi factam, quo se clarus demonstrator obarmat. Illa autem propositio quarta ita sonat. *Nullus in foro conscientiæ, Paochiæ suæ interesse tenetur, nec ad annuam confessionem, nec ad Missas Perochiales, nec ad audiendum verbum Dei, divinam legem, fideri rudimenta-*

morum

morumque doctrinam, quæ ibi in catechesibus annuntiantur, & docentur. Eam Pontifex taliter resolvit. *Quoad primam, & secundam partem, simpliciter accepta. Est erronea & temeraria, Suppositis verò privilegijs* Apostolicis, *nullam meretur censuram. Et quoad tertiam partem de auditione verbi Dei, servetur dispositio S. Concilij Tridentini.*

Per hoc quippe quod dicitur, *Servetur dispositio S. Concilij Tridentini*, nihil novæ vel majoris obligationis, Tridentinæ dispositioni super additur, nec explicatur, quòmodo, aut qualiter illa dispositio sit accipienda. Sed relinquitur in ijsdem prorsus terminis, & statu in quibus erat antea: adeòque cùm per eam non induci stricti juris obligationem pro Parochia, jam supra sit probatum, hactenus dictis neutiquam officit. Et ut daretur, per ipsam strictioris alicujus obligationis debitum præscribi; Ostensum etiam est, per universalem usum & consuetudinem non modò, sed & per Pij V. declarationem omnibus necessarijs clausulis derogatorijs specialibus, & specialissimis ei esse derogatum. Hoc autem Alexandri VII. rescriptum talibus clausulis ad derogationem constitutionum Apostolicarum, Privilegiorum, & legitimæ consuetudinis omnino necessarijs, ut mordicus sustinet cum fasciculatore Dialo-

alogistes, non satis dignoscitur esse munitum. Præterea demonstratum est Regularium Ecclesias Parochialibus in ordine ad ministerium verbi divini esse accumulatas, & æquiparatas, ita ut ad implendam obligationem tantumdem sit, sive in his, sive in istis, audivisse verbum Dei. Denique Tridentina dispositio talis est, quæ sicut rectè observavit Pasqualiqus, per illam clausulam *Si commodé fieri potest*, distrahit obligationem, & relinquit arbitrium, an sit commodum in Parochia audire. Quod idem de auditione Missæ in Parochiis Sixtus IV. alijs verbis explicuit dicens, *nisi forsan ex honesta causa ab Ecclesia sese absentarent*. Honesta autem caussa (præter commoditatem) est, ut rectè observat M. Engelbertus Cultificis l. c. major devotio, multiplicatio divinorum officiorum, & Missarum, sepultura Parentum, Patrocinia Sanctorum, indulgentiæ, Sacræ Sodalitates, & aliæ hujusmodi. Fratribus enim Prædicatoribus & Minoribus, signanter concessum esse, ut suis auditoribus in proprijs Ecclesijs quocumque anni tempore impartiri pro concione possint, nomine suæ Sanctitatis, indulgentias 18. annorum & 320. dierum, affirmant Portel. V. Prædicatores, & Diana p. 4. tract. 4. Miscel. resolut. 22. in-


fine

fine adducens Hieron: Rodriq & Mirand.

1 Præfata igitur Alexandri VII. decisio neutiquam militat adversus illa, quæ a cap. 5. huc usque dicta sunt, & stabilita. Imò è contra, ex illa ipsa magis evadit manifestum; ea omnia, quæ de Sacris concionibus liberè ac licitè, quovis tempore in Ecclesijs Regularium audiendis, per Summorum Pontificum, & Canonum decreta, ac declarationes, sive ante sive post Tridentinum Concilium, sunt ordinata, etiamnum manere in sua vi ac robore: adeoq; nec obligari modò sub aliquo peccato Fideles ad illas Dominicis, Festisq; diebus audiendas in proprijs Parochijs: & quamvis ad id faciendum, ubi eis commodum fuerit, diligenter sint monendi, neutiquam tamen cogendi. Quod item satis indicat Alexander ipse, quãdo ad aliam Andegavensium propositionem, quæ est hæc; *talem legem*, quâ populus ad conciones Parochiales adigatur, *nec Episcopi, nec Concilia Provinciarum, vel Nationum sancire, nec delinquentes aliquibus pænis, aut Ecclesiasticis censuris mulctare possunt.* Sic respondet. *Suppositis itidem Privilegijs Apostolicis nullam meretur censuram.* Igitur per ista Regularium Privilegia & manet Fidelibus plena libertas impunè ac licitè in ipsorum Ecclesijs

quoli-

uolibet die ac tempore audiendi verbum Dei, nec ullâ Diœceſani lege vel minis ad conciones in Parochiali audiendas conſtringi poſſunt.



CAPUT. VIII.

Chriſti fideles Dominicis, Feſtisque diebus audientes Miſſam in Eccleſijs Regularium, præcepto Eccleſiæ ſatisfaciunt.

AD hujus probationem faciunt imprimis Apoſtolica decreta, declarationes, & fundamenta in ſuperioribus allata ex Bullis Pauli III. & Pij V. Inſuper ita diſertis verbis definivit Leo X. 13. Novemb 1517. *Intelleximus quosdam in dubium revocare, & proinde timoratis conſcientijs ſcrupulum injicere, ſi Chriſti fideles, qui Dominicis & Feſtis diebus extra Eccleſias ſuas Parochiales, Miſſas audiunt in Eccleſijs Fratrum Ordinum Mendicantium, Eccleſiæ præcepto de Miſſa audienda ſatisfaciant.*

Nos enim ambiguitatem hujuſmodi penitùs tollere volentes, ut cum ſinceriori conſcientia fideles quique Deo Creatori ſuo ſerviant, authoritate Apoſtolicâ, tenore præſentium notum facimus, omnes Chriſti fideles, utriusque ſexûs (qui non contempto pro-

prio Sacerdote Parochiali) in Ecclesijs Fratrum Ordinum Mendicantium, Dominicis, & Festis diebus Missas audiunt, satisfacere præcepto Ecclesiæ de Missa audienda, nec in aliquam labem mortalis peccati, pœnamve incurrere. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Nec dici potest istam constitutionem esse revocatam per Concilium Trident. vel Gregorium XIII. Siquidem non extat in Trid. nec ex aliquo eius capite proferri potest unum verbum, quod strictam obligationem importet audiendi aliquando Missam in parochia. cap. namque 4. sess. 24. in quo habetur, *Moneatque Episcopus populum teneri*, de sola auditione sacræ concionis, seu prædicationis loquitur: nec simile aliquid ullibi statuit de audienda Missa in parochia. Neque in Bulla Gregorii, vel ulla minima mentio fit constitituonis à Leone X. editæ, neque in ullis Apostolicis decretis, quæ post eius editionem emanarunt restringens auditionem Sacri ad Parochiam, nec etiam ullæ clausulæ, quibus Leonis sanctioni derogatur. Producitur quidem constitutio Sixti 4. in Extrav: *Vices illius. De Treuga & pace*: ubi habetur: *Quòd Fratres Mendicantes non prædicent, populos parochianos non teneri audire Missam in eorum parochijs, diebus festivis, & Dominicis, cùm iure sit cautum*

tum, in illis diebus Parochianos teneri audire Miſſam in eorum parochiali Eccleſia. Sed ad hoc, cap. 10, reſpondebitur.

Deinde receptiſsimus per omnem Eccleſiam uſus evincit, Leonis decretum etiam nunc in pleno ſuo robore permanere: eumque laudatum ac confirmatum per Apoſtolicam Sedem ſatis advertet, qui expendere voluerit decretum Clementis VIII. quod edidit 22. decemb. 1592. ad controverſias ſedandas, quas parochi Duacenſes Regularibus acriter movebant, direxitque ad ſuum in Belgio tunc Nuntium, Octavium Epiſcopum Tricarienſem: per quem etiam illud fuit *publicatum in Eccleſiis Parochialibus civitatis Atrebatenſis, & Oppidi Duacenſis 4. April.* 1593. eſtque huius tenoris. *Præſenti noſtro decreto ſancimus, licere ſæcularibus Chriſti fidelibus univerſis liberè Miſſas diebus Dominicis, & aliis Feſtis audire in Eccleſijs tam FF. Prædicatorum, quàm aliorum mendicantium, nec non Collegij Societatis IESV juxta illorum privilegia, & antiquas conſuetudines.* Iam ergo tunc vigebant privilegia, & antiquæ tunc erant conſuetudines, iſtis diebus liberè ac licitè audiendi Miſſam extra Parochiam, quæ exindè ampliùs confirmata, novum ac firmum robur acceperunt. Unde ſubditur: *Mandamus, ut præſens noſtrum*

nostrum decretum prædictis Archiepiscopo Cameracensi, & Episcopo Atrebatensi notum facias, iisdemque authoritate nostrâ Apostolicâ mandes, ut illud in prædicto oppido Duacensi, & ubicumque opus fuerit, publicari, & observari faciant: utque Parocho in eorum officio contineant, illosque ab avocatione populi ab Ecclesijs Privilegiatorum, ac etiam, à propositionibus, quibus tollitur libertas populo audiendi Missas in Ecclesijs Privilegiatorum supra dictis diebus, ac confitendi peccata etiam in Paschate ipsis Privilegiatis, abstinere faciant.

Nec his contentus idem Pontifex, ne dici posset, præfatam Bullam fuisse extortam, aut per occupationem forsitan emanasse (quod tacitè alij insinuant) aliud item Breve expedivit ad Archiepiscopum Cameracensem de data 23. Decemb. 1593. ita scribens: *Nos hac re perceptâ, ac maturè discussâ, partium etiam prætensionibus auditis, & cognitis, negotium hoc, ne ulterioris scandali materiam præberet, omninò terminandum, perpetuumque de super silentium imponendum duximus.*

Utque luculentiùs adhuc patesceret, quàm hoc sibi serium esset, quàmque vigili curâ isti rei intenderet, tertium Breve eodem Anno, ac die dedit ad Episcopum Atrebatensem, sic sonans: *Habitâ desuper maturâ deliberatione, auditis, examinatisque partium prætensionibus*

sionibus, determinationem nostram desuper ad sacrorum Canonium, Oecumenicorumque Conciliorum, & sanctionum praescriptum factam, nostro & Apostolicae Sedis Nuntio in inferiori Germania commoranti significavimus. Ubi observandum venit illud: *Determinationem nostram, desuper ad sacrorum Canonum, Oecumenicorumque Conciliorum, & sanctionum praescriptum, factam.* Quibus declarat Pontifex extare SS. Canonum, Conciliorum, Sanctionumque Apostolicarum pro Mendicantibus, eorumque Ecclesijs decreta, eaque in plenâ suâ vi, ac robore, eisque decisionem suam omnimodè conformem esse: adeoque eam ubique locorum obtinere debere, ac observandum ab omnibus esse. Igitur & constat Mēdicantes *indultis Apostolicis suffultos* (quod negabant parochi) *usum* (quo fideles Dominicis & alijs majoribus Festis ad Missas in Ecclesiis Mendicantium audiendas accedebant) *in Ecclesia Dei receptum, & permissum, & à sanctis Patribus, Oecumenicisque Concilijs approbatum* (quod demonstrabant Mendicantes) non contra sacros Canones, conciliaresque Sanctiones, sed secundùm eas, rectè defendere.

Hic etiam illud pro confirmatione notandum adversùs illum, qui dicere ausus fuit praedictum Clementis VIII. breve esse sub-

rep.

reptitiè obtentum. Quod cum liber D. N. de Bois. Profess: Regii Lovanij excusa D. Rectore Academico esset prohibitus, illo inter cætera prætextu, quòd inter alia contineret; non esse obligationem frequentandi Parochias in ordine ad antè dicta, aliam quam honestatis, (prout ex suplica liquet, quâm eum in finem Rectori Academico exhibuerant Parochi, & relatâ per extensum *in exhibit. Canon. stabilita*, meritò dicitur *sæculenta*, utpote asserens, quod præfati Professoris interpretatio *repugnet doctrinæ Catholicæ, & sit perniciosa saluti credentium*) datam desuper *prohibitionem, nullam & irritam authoritate Apostolicâ declaravit, &c.* 26. April. 1667. Pontificatûs Alexandri VII. an. 13. Eminent. D. Card. Jacobus Rospigliosius, tunc in Belgio Apostolicus InterNuntius per suum decretum palàm ibi ubique affixum: eodemq; tempore idem ille D. inter Nuntius prædicta tria Clementis Brevia de novo tunc recusa, ad omnes Belgij Episcopos, ac Prælatos eâdem Apostolicâ Authoritate direxit: ut innotesceret, tum illius professoris sententiam fuisse optimè fundatam, tum præfatam constitutionem Clementis VIII. ab Apostolica Sede censeri etiamnum legitimam, ac observandam, adeoque non obreptitiè obtentam. Vnde non satis postea potuit deplo-

tari, quòd iste ; libellus supplex contra præ nominatum D. de Bois, & Academici Rectoris prohibitio ipsissimet suis Authoribus & fautoribus tam carò constiterint.

Patet prætereà, prædictis non officere ante citatam Sixti IV. Extravagantem de Treuga & Pace. Siquidem Clemens VIII. declarans suam determinationem esse *ad sacrorum Canonum, & Sanctionum præscriptum factam*, simul declarat, eam prædicto Extravaganti non esse contrariam, sed ei conformem: atque adeò per illud, *Parochianos teneri*, non importari præceptum ad audiendam necessariò Missam dũtaxat in Parochia: quod etiã illa in Extravagan: addita verba clarissimè significant. *Nisi forsan ex causa honesta ab ipsa Ecclesia s absentarent*: per quæ relinquitur populo libertas, ut quoticscumque libuerit, & quocumque die adeundi Regularium Ecclesias Missam ibidem audiendi causâ.

Majoris enim devotionis, commoditatis, confessionis, confraternitatis, communionis, indulgentiarum, ijsque similium causas, ecquis neget esse honestas? Non aliam profectò requiri censent Navar. in Manual. cap. 21. n. 5. Panormitanus in. cap. 2. de parochijs, alijque quàmplurimini ab illis adducti, & ab Azorio tom. 1. lib. 7. cap. 6. q.

4. ac Barbosa locis suprà citatis.

Sic etiam illam Extravag. ac alia iuris capitula, quæ videntur obligare fideles Missam audituros, adire parochiam, esse intelligenda, vniversalis totius Ecclesiæ in contrarium praxis, Apostolicis constitutionibus laudata ac probata, velut optima legum interpres demonstrat. Imò & Navar. (citans Sylvestrum, & S. Antoninum) Portellius, Barbosa, Card: Lugo, ac innumeri ferè alij apud eosdem, asseverare non dubiant, per illam toto orbe receptissimam consuetudinem, communi juri dudum esse derogatum; & per allatas etiam Clementis VIII. constitutiones similter derogatum esse censeri debet.

Dices 1. in Clementinis illis sanctionibus nullæ sunt appositæ clausulæ derogatoriæ. 2. quæ si adhuc positæ essent, nihil efficerent, quia expressa mentio requiritur, ut derogetur decreto Generalis Concilij; quæ tamen nulla fit in illis sanctionibus.

Et si quis cum Cened: ad Decretal: Collect: 123. n. 3. reponat; valere rescriptum cum clausula derogatoria generali, nec opus esse speciali, tametsi lex contraria sit Concilij: insurgit cum stomacho dialogicus pag. 12. & 16. & totis viribus exclamans, c. 28. *de rescriptis* & cap. 3. de *Capell. monach:* in

ſubſidium appellat. Aſt inani iſto ſtrepitu, miſer, quid obtinebit? Tantumdem, quantum faſciculator. Si quidem in confeſſo eſt, iſta Capitula, & alia ſimilia agere de conſtitutionibus Conciliaribus, quæ munitæ ſunt clauſulis derogatorijs ad Omnes litteras, vel reſcripta in contrarium, per quas non ſolùm ipſis privilegijs reſiſtunt, ſed & ipſamet privilegia caſſant. Unde ad illarũ derogationem requiritur expreſſa, & ſpecialis mentio. Quod etiam locum habet, quamvis conſtitutio non eſſet Conciliaris. Ita in terminis Barboſa id utrunque cap. citatum. Felinus, Sylveſter, pluresque alij apud Hyacinthum Donat: tract: 14. de Privil: q. 1. Quòd ſi verò conſtitutio, cui per reſcriptum & privilegium derogatur, non ſit iſtis clauſulis, ac reſiſtenſijs affecta, ſufficienter ei derogatur per clauſulas generales: quia ex parte decreti contrarij, nihil obſtat. Inſuper ſi privilegium non poſſit ſuum ſortiri effectum, nec aliquam conferre vtilitatem, niſi juri communi derogando, validum planè eſt, & de facto ille derogat, etiamſi nulla de eo prorſus mentio fiat in ipſo indulto: alioquin eſſet privilegium inutile, & illuſorium: quæ Papæ mens non eſt: qui vult non ſua ſolummodò reſcripta, ſed & ſingula eorum

verba, ac ſylabas, aliquid operari. cap. *Si Papa*, de Privil. in ſexto: & colligitur decisivè ex cap. *In His*, de privileg.

Imò per ipſammet talem privilegij conceſſionem ſatis oſtendit, velle ſe communi juri derogare, quod ſupponitur non ignorare. Hoſtienſ: titul. de Reſcript. §. *quas vires.* Felin: ibi ſupra, Covar: de Teſtam. pag. 2. n. 19. Merol: diſp. 6. de Privil. cap. 5. Dub. 7. Diana p. 4. Tract: Miſcel: reſol: 147. Talem autem eſſe hanc, de qua agimus Clementis VIII. Conſtitutionem, eſt evidentiſſimum ex ijs, quæ in illa Pontifex refert de Parochis: nimirum quòd affirmarent, *ipſis fidelibus tam de jure, quàm conſuetudine prohibitum eſſe, in alijs quàm Parochialibus Ecclesijs Miſſas diebus feſtis audire. De Fratribus verò; quod è contra Privilegijs Apoſtolicis ſuffulti contrarium uſum in Ecclesia Dei receptum, & permiſſum à SS. Patribus, Oecumenicisq. concilijs approbatum defenderent.* Quæ narratio æquivalet clauſulæ, *Ex certa ſcientia.* Archid in c. *In præſentium.* Riccius deciſ. 36. Quam ſatis eſſe ad derogandum juri etiam qualificatò, non eſt dubium. Non ignorabat ergo Pontifex controverti de privilegijs, quæ juri, & concilijs contrariari contendebant Parochi. Nihilominus deſuper

reſcriptum

reſcriptum ſuum in favorem Regularium expediuit, hac clauſulâ generali adjectâ, *non obſtantibus quibuſcumq.* Quæ ſola ſufficit ad derogandum decretis Concilij Trident. de quibus hac in parte præcipua quæſtio eſt, uti ex cap. ultimo ſeſſ. 25. eſt manifeſtum. Item & ex motu proprio Pij V. An: 1570. die 23. Decemb. apud Garz: de Benefic. tom. 1. pag. 4. cap. 5. Item & ex plurimis S. Congregationis declarationibus, & deciſionibus Rotæ, quas adducunt Quaranta in ſum: V. Confeſſor. Riccius lib. 5. de jure perſon: cap. 14. & lib. 8. cap. 4. Barboſa de Off. & Poteſt: Epiſc. allegat. 33. n. 24. ubi etiam citat Stephan: Gonzal: Martin: Mareſcot: Monet: Maſſobr. Bonacin: à Bononia, Riccium, idem ſentientes.

In cujus ulteriorum confirmationem appoſitè facit ſententia Sacræ Congregationis ſuper dubio de validitate privilegij cujusdam, conceſſi Congregationi Oratorij S. Mariæ in valli-cella à Sixto V. An. 1586. ob defectum clauſulæ derogatoriæ Tridentini, cui illud erat contrarium, ſequentis tenoris, (qui refertur in compend. privileg. Fulienſ. v. abſolutio quoad ſæculares §. 9.) *Congregatio Concilij cenſuit, ſi hujuſmodi privilegium fuit, ut proponitur, à Sede Apoſtolica conceſſum;*

clesijs Regularium omnium, Missas audirent, postquam in Parochia quisque sua dictum præceptum implesset? Præterquàm quòd illud dubium præcluserint Leo X. & Pius V. sæpè relati definientes, *omnes Christi fideles, qui in Ecclesijs FF. Ord. Mendicantium, Dominicis & Festis diebus Missas audiunt, satisfacere præcepto Ecclesiæ de Missâ audiendâ.*

Sed dices; addi tam in istâ eâdem Leonis X. Bulla, quàm Brevi Clement. expressissimè, *dummodò id in contemptum Parochialium Ecclesiarum, seu Sacerdotum propriorum non faciant.* Contemnitur autem propria Ecclesia, quando illa passim deseritur, & aliena frequentatur.


Respondetur: frequentationem illam Ecclesiarum Regularium, relictâ parochiâ ad audiendam Missam, quæ passim fit à sæcularibus majoris commoditatis, vel devotionis ergò, vel ex antiquo more, ac consuetudine, specialem neutiquam esse contemptum, vel ex contemptu fieri; ut rectè advertit Peyrinis ad Bullam Leon. §. 2. Nam si illa non frequentatio, Parochialis Ecclesiæ contemptus censenda esset, quis dubitet sæculares ad Parochiam compelli posse, ut in ea Missam audiant, ac impediri, ne ideò Regularium Ecclesias frequentent? Sed nec primum ab ordinarijs locorum fieri posse,

decidit S. Congregatio, ut vidimus cap. præced. nec secundum etiam, ut S. Congregatio negot. Episc. & Regul. Præposita censuit prima Iunij 1606. prout testatur Barbosa de paroch. p. 1. cap. 1. n. 16. aliique quàmplures.

Sed tunc tantùm contemptus Parochus, vel Parochialis Ecclesia censeri debet, quando quis expressè non vult audire Missam in propriâ Parochiâ, vel ideò solùm, quia Parochia sua est: nec à Parocho, quia præcisè Parochus est, ac in ejus vilipendium; alioquin tamen auditurus: quod omninò conforme est doctrinæ omnium Theologorum tractantium de contemptu. Neque enim hìc major contemptus in non audientibus Missam in Parochia, quàm in non confitentibus per totum annum proprijs Parochis, sed Religiosis privilegiatis, censeri potest. Hoc autem sine ullo prorsus scrupulo, ac dubio licere utriusque sexûs fidelibus, cap. sequenti manifestum fiet. Proindè etiam, nec dubitari ultrà potest, quin sæcularibus liceat omnibus per annum Dominicis & Festis diebus, sine ulla culpa, & contemptu, non in Parochiali, sed Regularium Ecclesia Missas audire. Quare & Card. Lugo disput. 22. sect. 1. n. 3. & Leander tract.

11. de

11. de præcept. Eccles. disp. 20. constanter asserunt, id *certum esse.* In quam rem plures, quàm triginta Classicos adducit Authores, uti & Barbosa antè relàtus, & Pasqualigus tom. 2. de Sacrif. Euch. q. 1258. n. 3. ubi adhuc plures enumerat,



CAPUT. IX.

Dubitari non potest, quin utriusque sexus fideles, quovis tempore, etiam Paschali Regulari Privilegiato confessi satisfaciant præcepto de annua confessione.

VArijs perpetim insultibus fuit assertum istud à diversis impetitum, cujus tamen veritas indultis ab Apostolica Sede privilegiis innixa stat hucusque eiusdem authoritatis patrocinio, ac beneficio sarta, tecta, ac inconcussa. Præ cæteris eam expugnandam suscepit Joannes de Poliaco, intèr alia contendens, *quòd confessi fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confessiones, tenerentur iterùm confiteri proprio Sacerdoti, quem dicebat esse curatum.* Sed desuper, & alijs quibusdam erroribus citatus à Ioanne 22. omnia revocavit,

ut

ut ipsemet Pontifex in sua Extravag. inserta Corpori Iuris Canon. *Vas electionis*, de Hæret. attestatur: ubi post condemnatos eius errores definit. Doctrinam contrariam veram, & contrarium esse catholicum; scilicet quòd illi, qui prædictis Fratribus confitentur, non magis teneantur eadem peccata confiteri iterùm, quàm si ea aliàs confessi fuissent eorum proprio Sacerdoti juxta Concilium Generale: Nempè Lateranens. sub Innocent. III. referturque cap. *Omnis utriusque sexûs fidelis*, de Pœnit. & Remiss. Per talem igitur confessionem factam Regularib. satisfit præcepto juxta sententiam Pontificis: aliàs obligarentur sic confessi iterùm proprio confiteri Sacerdoti.

Postmodùm Bonifacius VIII. Prædicatorum & Minorum Ordinum Fratres amplioribus privilegiis ducens exornandos, in sua Decretali, *Super cathedram* (quam Clemens V. innovavit sacro instante & approbante Concilio) illos nedùm omnimodâ instruxit potestate ad Sacramentum Pœnitentiæ omnibus sibi confiteri volentibus, sine ulla alicuius temporis restrictione, vel exceptione: sed insuper satis manifestè declaravit, sese, si non ampliorem, at certè æquè amplam eis potestatem *in hoc impendere*, *quam in eo curatis*, *vel*

Parochi-

Parochialibus Sacerdotibus est à iure concessa: Addens ad hæc, *nisi forsan eis Ecclesiarum Prælati uberiorem in hac parte gratiam specialiter ducerent faciendam.* Per hoc igitur Apostolicum, & Oecumenici Concilii decretum, dicti Regulares (quique cum eisdem communicant) sunt parochis & Pastoribus, quoad potestatem audiendi confessiones, ac absolvendos omni tempore, æquiparati.

Ob perpetuas verò à Poliaci sequacibus suscitatas controversias, præfatam Ioannis Extravagantem renovare coacti sunt summi Pontifices, Eugenius IV. Nicolaus V. Sixtus IV. & alij infrà latiùs citandi.

Necdùm tamen acquievit pertinacia, ut necessum fuerit in Concilio Lateranensi sub Leone X. sess. 11. generale statutum condere, incipiens, *dum intra mentis arcana*: quo ita decernitur. *Sacro approbante Concilio statuimus, & ordinamus, quòd Episcopi, &c.* & paulò pòst, *possintque illi* (Regulares) *per Episcopos, & Prælatos super sufficienti literaturâ examinari, talibusque præsentatis, admissis, vel etiam indebitè recusatis confitentes, constitutioni, quæ incipit, Omnis utriusque sexûs* (*quoad confessionem*) *satisfecisse censeantur.*

Tot ac tanta, tamque clara sacrorum Canonum, summorumque Pontificum, ac Generalium

neralium Conciliorum decreta nihil morati Duacenses, contrà insurrexerunt, *tum docendo, tum concionando, tum omnes comminationibus perterrendo, affirmantes; ipsis Christi fidelibus, tam de iure, quàm consuetudine prohibitum esse, in aliis quàm Parochialibus Ecclesiis Missas festis diebus audire, nec licere illis Quadragesimali ac Paschali tempore, aliis præterquàm propriis Parochis peccata sua confiteri.* Ad quos in officio continendos Clemens VIII. Brevi sæpè citato ita decidit: *Præsenti nostro Decreto sancimus, sæculares Christi fideles universos, tam dictis Fratribus Prædicatoribus, & Presbyteris dictæ Societatis, quàm aliis Privilegiatis prædictis, quibus id à Sede Apostolica indultum est, idoneis tamen, & ab Ordinario approbatis peccata sua, etiam quadragesimali, & paschali, & quovis alio tempore confiteri, licitè posse.*

Sed dicent: omnia allegata hactenùs decreta intelligenda esse conformiter ad caput *Omnis utriusque sexûs*: ut scilicet omnis sæcularium confessio, & potissimùm annua, Regularibus fiat de licentia *proprii Sacerdotis*: alioquin apud hunc reiterandam esse, ut Ecclesiæ præcepto satisfiat. Idque, ut ajunt, juxta decisionem quandam Martini V. quam referunt Major dist. 17. & Henricus quodlib. 10. ubi dicitur: *Volumus quòd ii, qui Fratribus confitebuntur, ysdem suis Parochialibus Sacerdotibus semel*

saltem

saltèm in anno confiteri, prout Generale Concilium statuit, nihilominus teneantur.

Sed contrarium nedùm verum esse, sed & multoties ab Apostolica Sede definitum, convincunt apertissima istius S.Sedis statuta.

Primò quidem Alexander IV. anno 1257. Bul: *Non sine multa*, apud Wadding. & Bzovium ad illum annum n. 5. declarat, *quòd Fratres Prædicatores & Minores de licentia, vel commissione, aut concessione Romani Pontificis, seu Legatorum ejus, vel Ordinariorum locorum, licitè possint prædicare populis, & confessiones audire, ac pœnitentias injungere salutares, aliorum inferiorum Prælatorum, & Rectorum Ecclesiarum, ac Sacerdotum Parochialium assensu minimè requisito.* Et contrariam sententiam damnat sub pœna contumaciæ, & rebellionis in Ecclesiam Romanam

Secundò Eugenius IV. anno 1446. Bulla *Gregis nobis crediti*, mandans accuratè observari Apostolicas constitutiones. *Vas electionis, & Super Cathedram, &, Dudum.* Quosdam articulos damnat, ut *falsos, erroneos, & adversantes S.Canonibus*, ac præcipit contra eum, qui aliquos illorum asserere, vel prædicare præsumpserit, procedi tanquam contra hæriticum: unus autem istorum articulorum est talis: *Quamvis ipsi Fratres admissi authoritatem habeant confessiones*

ſiones audiendi, & abſolvendi, tamen ad eos accedendi populus ſubjectus ſine licentia proprij Sacerdotis non habet poteſtatem: Eadem verbòtenus recitat Nicolaus V. & pariter damnat de Cardinalium conſilio, & aſſenſu; Bul. *Proviſionis noſtræ*, Anno 1448. in qua & Eugeniana authenticatur, & confirmatur. Quam utramque de verbo ad verbum ſuæ, quæ incipit, *Inter cætera*, inſerens Caliſtus III. innovat, confirmat, & approbat Anno 1466. *Mandans illas ac omnia, & ſingula in eis contenta ſub excommunicationis, & alijs diuerſis ſententijs, cenſuris & pœnis firmiter obſervari.* Earundem omnium poſteà mentionem faciens, ac confirmans Sixus IV. refractarios, ut hæreticæ pravitatis ſuſpectos; inquiſitoribus tradendos, ac ab eis puniendos decernit An. 1474. Bullâ *Regimini.* Præfatæ autem Eugenij, Nicolai, Caliſti, & Sixti conſtitutiones in mari magno Carmelitarum videri poſſunt apud Lezanam. tom. 5

Operæ pretium verò erit, his ſubjungere alteram ejuſdem Calixti ſanctionem (quæ incipit, *Ad ea libenter*, extatque apud Wadding. in reg. tom. 6. ex Regeſto Vaticano. lib. 12. Ballar. de curia fol. 32.) ad inſtantiam Alberti Ducis Auſtriæ, & Alberti Ducis Bavariæ, ac communitatis Argentin. datam An.

1456

1456. adversus Parochialium Ecclesiarum Rectores dictæ civitatis *asserentes, quòd quilibet hominum Argentin: semel in anno ijsdem Rectoribus sub pœna peccati mortalis confiteri teneatur:* in qua ita decidit. *Prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum vestigijs inhærentes, qui super ijs, per Clementinam, quæ incipit, Dudum, de sepulturis, salubriter providerunt, huiusmodi supplicationibus inclinati, ut prædicti Fratres Mendicantes, omnium & singularum utriusque sexus personarum in civitate, & Diœcesi Argentin: consistentium confessiones, dictis Rectoribus minimè requisitis, audire, prædictos Mendicantes adire, & ipsis confiteri, & pœnitentiam huiusmodi salutarem ab eisdem suscipere liberè, & licitè possint, & valeant, Authoritate Apostolicâ tenore præsentium juxta tenorem dictæ Clementinæ indulgemus: quòdque ob hoc prædicti Parochialium Ecclesiarum Rectores eisdem Personis Eucharistiam, & alia Sacramenta Ecclesiastica, denegare nequeant, harum serie decernimus: nec non, si prædictæ Personæ semel in anno eisdem Fratribus Mendicantibus confessæ fuerint, peccata dictis Fratribus confessa, non ampliùs prædictis Parochialium Ecclesiarum Rectoribus confiteri teneantur, eâdem Authoritate juxta eandem Clementinam declaramus, mandantes prædictis Parochialium Ecclesiarum Rectoribus, ne sub pœna Excommunicationis, concessioni, decreto, & declarationi*

tioni hujusmodi contradicere, seu contra præmissa quomodolibet attentare præsumpserit.

Neutiquam igitur dici potest, requiri Parochorum consensum, ac licentiam ad hoc, ut sui Parochiani Regularibus privilegiatis confiteri quovis anni tempore, ac ad implendum Ecclesiæ præceptum possint. Unde licèt à Martino V. Regularium privilegium antèa ipsis amplissimè collatum, quadantenus fuerit limitatum (cujus Bullam. Sylvius in supplemento q. 8. a. 4. quæst. 3. negat esse receptam) posteà tamen, nedùm à summis Pontificibus Martini Successoribus, sed & ab ipso Concilio Generali Lateranensi sub Leone X. ut vidimus, denuò est innovatum, ac confirmatum cum clausulis derogatorijs, &c. adeò, ut pristinum suum vigoren receperit, ac etiam nunc, plènum obtinere, ampliùs adhuc ex dicendis constabit.

Nam quoties ea de re deinceps controversia exorta est, sacra Cardinalium Tridentini Interpretum Congregatio semper pro Regularibus, & hoc eorum privilegio sententiam tulit. Liquet id primò ex illâ, quæ data fuit Patribus Societatis JESU Diœcesis Lingon: ab ejus Episcopo publicata 22. Septemb. 1624. hujus tenoris. *Oratores semel approbati ad confessiones sæcularium audiendas, possunt*

possunt omnium confessiones audire, etiam infirmorum, quolibet anni tempore, etiam Paschali, absq; eo, quòd Parochi, & Canonicorum licentia habeatur.


Pro qua declaratione, & alijs recitatis, moxque etiam citandis illud observandum, quòd Urban. VIII. An 1625. tertio Idus Maij constitutione. *In plenitudine potestatis Apostolicæ*, quâ confirmat generaliter omnia privilegia FF. Prædicatorum, ac in specie tam à se, quàm à Sixto IV. Leone X. Pio V. (unde iterùm elucescit hujus Bullam suprà memoratam neutiquam esse in totum revocatam) concessa *præcipuè Provinciæ Bethicæ Congregationis, & quæ suum sortita fuerunt effectum; aut aliàs tam per prædictos Romanos Pontifices, quàm etiam per Nos, & Sedem Apostolicam, sub quibuscumque verborum formis, & expressionibus, ac cum quibusvis clausulis, & Decretis quomodolibet concessa*; expressè addat, *nec non ipsorum privilegiorum & indultorum declarationes, & decreta à Congregationibus Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium desuper legitimè emanata, dummodò tamen privilegia hujusmodi sint in usu, nec hactenus revocata, nec sub aliqua revocatione comprehensa, sacrique Concilij Tridentini decretis minimè adversentur.* Apostolicâ *Authoritate, tenore præsentium approbamus, confirmamus, &*

innovamus, ac de novo concedimus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes & singulos tam juris, quàm facti, & quosvis alios quantumvis substanitales defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus. Nec *non etiam privilegia, gratias, indulta, & immunitates in litteris Apostolicis, quæ appellantur,* MARE MAGNVM, *Ordinis Prædicatorum, cæterorũque prædictorum Fratrum, & authoritate, & tenore præmissis de novo concedimus, seu innovamus, &c.* Extant authentica hujus constitutionis Exemplaria in Conventibus Bethicæ, dicti Ordinis, ac Rothomagi in Conventu S. Dominici.

Cùm his non obstantibus, recruduissent denuò turbæ adversus Regulares, licèt tot privilegijs, ac Apostolicis decretis munitos, à Burdigalensibus concitatæ, occasione confessionis, & communionis Paschalis, à cujus utriusque administratione illos tempore quindenæ Paschalis omninò excludi, & prohiberi volebant; Illos protinus sacra Congregatio hoc stylo repressit: *Instantibus Regularibus civitatis Burdigalensis die 9. Iulij Anno 1644. sacra Congregatio Eminent. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, post maturam discussionem censuit, Archi-Episcopum Burdigalensem, non posse prohibere Regularibus habentibus Privilegia Apostolica, ut à Dominica Palmarum, usque ad Dominicam*

nicam in albis inclusivè administrare non valeant Personis sæcularibus Sacramentum Confessionis. Istam porrò sententiam verbotenus suæ Sanctioni, *Exponi nobis fecerunt*, An. 1645. 7. Februar. inserens Innocentius X. subdit: *Decretum præinsertum Apostolicâ authoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus; Illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, decernentes ab omnibus & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in futurum; inviolabiliter observari.* Ejusdemque etiam executio decreta à Concilio Regis Christianissi 11â. Martij ejusdem anni.

Eadem S. Congregatio simili decisione compescuit tempestatem, super eadem re à Salernitanis motam: refert illam Fagnanus ad cap. *Vtriusque sexus*, in hæc verba: *Cum Archi-Episcopus Salernitanus dubitasset, an posset Episcopus mandare, ne quis tempore Paschatis confiteatur Fratribus Mendicantibus, nisi de proprij Parochi licentia, juxta textum hic; attentâ constitutione Sixti IV. quæ incipit, Vices illius, de Treu: & Pace, in Extravag. commun. vocati fuerunt Fratres Observantes S. Francisci, & cum exhibuissent compendium privilegiorum suorum, pag. 2. ver. Ioannes XXII. à tergo, apparuit Regularibus istis datam facultatem audiendi confessiones, etiam tempore Paschatis.*



CAP. X.

Verus ſenſus Extravagantis, *vices illius*, & cap. *Omnis utriuſque Sexûs* apperitur.

Ex adducta jam declaratione ſatis apparet diſpoſitionem Sixti IV. in Extravag. *de Treuga & pace*, Regularium privilegijs non repugnare, nec nocere: alioquin non potuiſſet cauſa Regularibus adjudicari contra allatum à parte adverſa obſtantem Canonem: quamvis illo ſe etiam ſufficienter explicet, cùm ſubjungit: *Per hoc tamen ipſi Fratres Mendicantes non cenſeantur excluſi, quo minùs, ſecundùm juris communis, & privilegiorum eisdem conceſſorum diſpoſitionem, confeſſiones audire valeant.*

Equidem non poteſt negari, quin Secundùm cap. *omnis utriuſque ſexûs*, quilibet fidelium tenetur ſemel in anno ſaltem in Paſchate, ſuo proprio ſacerdoti confiteri; ideoque ait Pontifex *de jure tenetur Parochianus, ſaltem in Paſchate proprio Confiteri Sacerdoti.* Attamen declarat etiam, quòd per hoc Confeſſarij Ordinum Mendicantium minimè ſint excluſi, quin non tantùm ſuorum vi privilegi-

legiorum, verùm etiam *secundùm juris communis dispositionem, Confessiones audire valeant*, per quas impleatur Ecclesiasticum de annua confessione præceptum, uti cap. præcedenti ostensum est. Adeoque etiam invito Parocho, fideles utriusque sexus in Paschate Regularibus ritè confitentur *secundùm juris communis & Privilegiorum Apostolicorum dispositionem*. Id quod hoc argumento probat M. Engelbertus ex præallegatis Papæ verbis. " Fratres Mendicantes, possunt secun-
" dùm jus commune, & sua privilegia fide-
" delium confessiones audire, sed nec juris
" communis, nec privilegiorum suorum for-
" ma excipit aliquòd tempus, in quo non
" possint, vel non debeant audire sibi confite-
" ri volentes, eosdemque absolvetre, ut per-
" spicuum fiet expendenti textus & capite
" ante allegata, ergo hoc possunt omni tem-
" pore, & per consequens etiam in Paschate:
" quia qui dicit omne, nihil excludit" Et sic
" istud Papæ decretum, communi Regularium juri nequàquam obest. Imò per illud omnibus perpetum imponitur silentium, certique redduntur Parochiani, quocumque tempore etiam Paschali sese Dei & Ecclesiæ mandatis satisfacere, sive Parochis in-

stitutis à jure sive Regularibus confiteantur ab eodem jure, & Apostolica Sede expressè statutis. Fitque insuper magis manifestum tam illam Sixti Extravagantem; quàm cap: *omnis utriusque Sextûs*, quo præcipitur, ut semel in anno fiat confessio *proprio Sacerdoti, vel alteri cum licentia eiusdem*, maximè favere & prodesse.

Hoc enim ita præcipitur, ut qui confessi fuerint alicui potestatem ordinariam, vel delegatam habenti in foro conscientiæ, censeantur confessi *proprio Sacerdoti, vel alteri cum licentia propria*; sive proprium Sacerdotem dicas Parochum, non excludendo superiores Prælatos, (qui omnium judicio supponuntur ex officio suo, atque jurisdictione magis absolutâ, & per se, & per alium quemcumque, subditis suis Sacramenta posse ministrare) sive potius proprium voces Sacerdotem, legitimum quemque Pastorem; Papam videlicet in universa Ecclesia, Episcopum in Diœcesi sua; & Curatum in Parochia.

Siquidem ab omni prorsus ratione alienum videtur dicere: quòd posit Episcopus inconsulto Parocho, quin & ipso invito etiam, alteri cuicumque approbato, etiam Regulari potestatem facere, ut ei valeant istius

Parochi

Parochiani annuam peccatorum confessionem facere, per quam Ecclesiæ præcepto satisfiat; atque ad idem etiam possint ipsimet Parochi licentiam dare; attamen quòd id non possit Vicarius Christi, qui plenitudinē potestatis habet in omnes fideles, ut illis, quibus ipse vices suas ad hoc commisit, suntque ab ipso expresse delegati, annua confessio fiat. Quippe ut docet S. Thomas Opusc. contra impugnant. Relig. cap. 4. fatendum omninò est, & *dicendum: quòd Sacerdos proprius non solum est Parochialis, sed etiam Episcopus, vel Papa, ad quos etiam magis pertinet cura ejus, quàm ad Sacerdotem, ut multipliciter ostensum est. Proprium hìc enim non accipitur secundùm quòd dividitur contra commune; sed secundùm quòd dividitur contra alienum, unde qui confessus est Episcopo suo, vel alicui habenti vicem ejus, Confessus est proprio Sacerdoti.* Id igitur à fortiori obtinet in quocumque, sive Religiosus ille sit, sive non, qui ad id est à Papa delegatus, & cui ille vices suas commiserit.

Vnde rectè monet Ecclesiarum Parochialium Rectores M. Engelbertus, ut illud capitulum *Omnis utriusque sexus*, non aliter proponant, nec explicent, quàm secundùm debitum intellectum S. Matris Ecclesiæ, & Apostolicæ Sedis, nec asserere ausint, quòd

Sacerdos proprius in isto cap. dicatur solus curatus vel Parochus: cùm hoc constet esse erroneum ac damnatum per Decretalem Ioan. XXII. *Vas Electionis.* Sed & Papa, ejus Legatus, ac Pænitentiarij, Episcopus, eiusdemque Vicarius, & cujuslibet horum delegati, quales sunt juxta S. Thomam, S. Bonaventuram, Petrum de Palude & omnes veteres Theologos, item S. Raymundum, S. Antoninum, Hostiensem, Cardinalem, cæterosque Canonistas apud M. Ioan Brehalli ingenti numero citatos, Ordinum Mendicantium confessarij, etiam veniunt nomine proprij Sacerdotis intelligendi: idque jure merito quidem. Quia sicut isto nomine comprehendi censetur non solùm Parochus ipse, sed etiam ejus vicecuratus seu sacellanus, vel alij aliqui per Ordinarios ad hoc ei adjuncti, perinde est quales hi sint, sive Regulares, sive alij, modò debitè approbati & deputati: & quemadmòdum illi omnes istius curati Parochianos pænitentes quòvis tempore etiam Paschali ritè audiunt & absolvunt, tametsi invito quòque Parocho ad hoc ministerium forent adjuncti, sic & Episcopus ipse, ejusque Vicarius Generalis ritè audit & absolvit Diœcesanos omnes, & potiori jure summus omnium Pon-

tifex

tifex, tamquam universalis Ecclesiæ Pastor Catholicos omnes, uti commissum sibi à Christo Domino gregem, per semetipsum, & per quoslibet alios à se commissos & delegatos, ligare potest, & solvere, sine ulla ullius inferioris Pastoris, vel Parochi licentia.

Neque putandum est, quod ista potestas Prælatorum absoluta, aut delegatio, ac commissio contrarietur Constitutionibus Innocentij III. aut Concilij Lateran: decretis vel iuri Communi, quin potius est omnino consentanea ac conformis. Cùm idemmet ille Pontifex in ipso eodem Lateran: Concilio, ac eodem anno 1215. eodemque iure Apostolico, præcipiat Episcopis, ut alios sibi ad hoc divinum ministerium idoneos adsciscant, cap. *inter cætera*. de officio iud: Ordinarij. Quales censendi sunt Regulares Ord: Mend: quos cum eodem Innocentio III. Bonifacius VIII. & Clemens V. superiùs relati, in Extrav. *super Cathedram*, & in Clement. *Dudum* de sepult. disertè appellant *idoneos Prælatorum, ac Sacerdotum Parochialium, sive Rectorum Ecclesiarum, cooperatores, non solùm in prædicationis officio, verum etiam in audiendis confessionibus, & pœnitentiis iniungendis*. Unde & Ioannes XXII. ut supra indi-

indicavimus, postquam retulisset errores, Ioan. de Poliaco, inter quos secundus sustinebat, *quòd stante statuto, omnis utriusque sexûs, edito in Concilio Generali, Romanus pontifex non potest facere, quòd Parochiani non teneantur confiteri omnia sua peccata, semel in anno, proprio sacerdoti, quem dicit Parochialem curatum*, subdit. *Nos attendentes, quòd prædictorum articulorum assertio, prædicatio, & doctrina redundare poterat in multarum perniciem animarum, omnes prædictos articulos, & quemlibet eorum, tamquam falsos & erroneos, & à doctrina sana devios, Authoritate Apostolicâ damnamus, & reprobamus, doctrinam ipsis contrariam, veram, & Apostolicam asserentes: cùm illi, qui prædictis Fratribus confitentur, non teneantur eadem peccata iterum confiteri, plùs quàm si aliàs ea confessi fuissent eorum proprio sacerdoti, iuxta dictum Concilium Generale.*

His omninò concordat Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 15. *de reform.* ubi nullam prorsus Parochorum, ne Diœcesanorum quidem licentiam ad audiendas aliquo tempore, aut circa Pascha secularium confessiones exigit à Regularibus, sed debitam solummodò idoneorum præsentationem, & approbationem. Nec revocat ulla Regularium privilegia, suis decretis non adversantia, cap. 22. de Regul. sess. 25: imò è contra

cap.

cap. 20. eiusdem sessionis, illa omnia confirmat his verbis. *In cæteris omnibus, præfatorum Ordinum privilegia, & facultates, quæ ipsorum personas, loca, & iura concernunt, firma sint & illæsa.*

Propterea id ipsum sæpesæpius declaravit S. Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum ut liquet ex registro declarationum, quas originales, & authenticas, ac deinde in Romana Typographia expressas se vidisse testatur Barbosa lib. 1. iuris Eccles: cap. 43. Inter illas extat & hæc, data an. 1623. in rescripto ad Regulares Calvòmontiı us. *S. Congregatio respondit, Regulares, semel à Diœcesano Episcopo simpliciter approbatos ad confessiones secularium audiendas, posse in diœcesi Episcopi approbantis, quovis anni tempore, etiam Paschali, & quorumcumque, etiam infirmorum confessiones audire, absque alia Parochorum licentia: & eos qui Regularibus confitentur, satisfacere præcepto Ecclesiæ, nec teneri iterum in Paschate proprio Parocho confiteri.*

Non potuisset disertius, nec luculentius complecti, & exprimere omnia, quæ hoc, quod hic pertractatur, argumentum concernunt.

In hanc sententiam universali consensu mirè conspirant Doctores Catholici omnes;

&

& præter antecitatos, adstipulantur Gerson Cancellarius Parisiensis lect. 2. in Evang. D. Marci de statibus Ecclesiasticis. 1. p. t. 3. 45. & de potestate Ecclesiastica consid. 12. Item 2. p. in regulis moralibus. tit. *de pœnis.* Joannes Major in 4. dist. 17. q. 6. & 7. Almainus in 4. dist. 17. q. 1. Gabriel in 4. dist. 17. q. 2. Navarrus in Manuali cap. 27. n. 263. Genebrardus cap. 26. Liturgiæ Durandus in 4. dist. 17. q. 12. Solerus de juridica potest confess. cap. 16. Vivaldus in candel. tit. *De Confess.* n. 27. & 28. Philip. Gamachæus 3. p. *de Pœnit.* cap. 18. & Nicol. Ysambertus item 3. part. *de Pœnit. disp.* 20. *a.* 3. Quaranta in Bullario verbo, *Confessor*, & verbo, Privilegia Regularium. August. Barbosa 2. p. pastor. sollicitud. alleg. 25. & lib. 1. iuris Ecclesiast. universi. cap. 43. Rebuffus in cap. *Omnis utriusque sexûs.* Calderinus Concil. 27. Choppinus lib. 2. Monastic. titul. 1. num, 30. & lib. 2. de sacra politia tit. 8. num. 8. aliique quamplurimi, quos magno numero congerunt suprà nominati Authores cum pluribus item aliis probationum argumentis, objectionumque solutionibus, quæ apud ipsos, & signanter Chassaing tract. 5. cap. 1. prop. 3. & 4. & cap. 2. propos. 5. prolixiùs expenduntur: præ quibus omnibus vnum allegasse suffecerit S. D.

N. Cle-

N. Clementem X. quem propitius Deus in longos annos conservet incolumem, & beatum faciat in terra viventium: qui Apostolicâ Sanctione, datâ 11. Kalend. Iulij 1670. quæ incipit: *Superna magni Patrisfamilias*, omnia in posterum dubia præcidit, ita decernens. *Religiosos ad confessiones sæcularium semel simpliciter approbatos posse in Diœcesi Episcopi approbantis, quovis anni tempore, etiam Paschali, & quorumcumque etiam infirmorum confessiones audire, absque vlla Parochorum, vel ipsius Episcopi licentia. Et eos, qui dictis Religiosis simpliciter approbatis, Paschali tempore confessi fuerint, constitutioni, quæ, incipit: Omnis utriusque sexûs, quoad confessionem dumtaxat, satis fecisse censendos.*

Adjecitque clausulas amplissimas, omnium, quæ quomodolibet anteà in contrarium statuta sunt, derogatorias, &c. De hac igitur re non est ultrà disputandum, nec altercandum, sed optemperandum solummodò, & acquiescendum: quod iam olim studiosè satagerunt inculcare, qui præ reliquis accuratius rem hanc discusserunt, et prolixius explanarunt prænominati Engelbertus Cultificis Ord: Prædicat. S. Th. Doctor in *defensorio Privil: FF. Mend:* impresso Delphis An: 1508. Ioannes Brehalli eiusdem Ord: Doctor Theologus, ac hæreticæ pravitatis in regno Fran-

[illegible] & Iur.
[illegible] *de libero arbitrio*,
[illegible] *concisse*, edi-
[illegible] Ioan. Barbier. Et
[illegible] S. Th. Doct.
[illegible] *con-*
[illegible] *im-*
[illegible] *alma*
[illegible], ac
[illegible] appendicem, quia
[illegible] & exemplar,
[illegible] longitudi-
[illegible] Nicolao IV. (ut-
[illegible] visum est.



CAPUT XI.

[illegible]

[illegible] & secun-
[illegible] de
[illegible] Doctor [illegible]
[illegible] &c. in
[illegible] Doc-
[illegible] dedicatum)
doc-

devenit in manus meas authenticum quoddam instrumentum Coloniæ confectum per Notarium Imperiali authoritate, & ordinariâ admissione venerabilium Curiæ Coloniensis approbatum adhuc seculo præcedenti sc: an. 1443. in quo formaliter transsumpta fuit de verbo ad verbum determinatio quædam Doctorum Universit. Colonien: sigillis eorum munita, & subscriptionibus. Tenor autem est talis. In quo, quia nimium prolixus est, maximè in responsionibus ad dubia, & refutationibus Cavillationum, his omissis, utpote ad rem nostram parùm facientibus; prætermissâ item eandem ob causam quartâ quæstione, eiusque responsione, reliquas quatuor in compendium fidelissimè contractas brevitatis gratiâ hic recitamus. Erat autem iste *Casus in terminis. Quidam Parochialis sacerdos prædicat, seu etiam Capellanus palam, seu etiam asserit ad partem, quod quilibet suus Parochianus tenetur semel in anno confiteri sibi, vel suo Capellano, non obstantè, quòd confessus sit F. Prædicatori, vel Minori legitime præsentato & admisso secundùm formam Clemen:* Dudum. *vel quòd suam, vel eius Capellani debeat desuper habere licentiam. Similiter prædicat, quòd ad minus singulis diebus Dominicis, & Festivis non debeant sui parochiani in Ecclesijs FF. Prædictorum audire divina.*

Ex quibus oriuntur quæstiones. Et primo

ſtitutis à jure ſive Regularibus confiteantur ab eodem jure, & Apoſtolica Sede expreſſè ſtatutis. Fitque inſuper magis manifeſtum tàm illam Sixti Extravagantem: quàm cap: *omnis utriuſque Sextûs*, quo præcipitur, ut ſemel in anno fiat confesſio *proprio Sacerdoti, vel alteri cum licentia eiuſdem*, maximè favere & prodeſſe.

Hoc enim ita præcipitur, ut qui confesſi fuerint alicui poteſtatem ordinariam, vel delegatam habenti in foro conſcientiæ, cenſeantur confeſſi *proprio Sacerdoti, vel alteri cum licentia proprij*: ſive proprium Sacerdotem dicas Parochum, non excludendo ſuperiores Prælatos, (qui omnium judicio ſupponuntur ex officio ſuo, atque jurisdictione magis abſolutâ, & per ſe, & per alium quemcumque, ſubditis ſuis Sacramenta poſſe miniſtrare) ſive potiùs proprium voces Sacerdotem, legitimum quemque Paſtorem: Papam videlicet in univerſa Eccleſia, Epiſcopum in Diœceſi ſua; & Curatum in Parochia.

Siquidem ab omni prorſus ratione alienum videtur dicere: quòd posſit Epiſcopus inconſulto Parocho, quin & ipſo invito etiam, alteri cuicumque approbato, etiam Regulari poteſtatem facere, ut ei valeant iſtius

Parochi

Parochiani annuam peccatorum confessionem facere, per quam Ecclesiæ præcepto satisfiat; atque ad idem etiam possint ipsimet Parochi licentiam dare; attamen quòd id non possit Vicarius Christi, qui plenitudinē potestatis habet in omnes fideles, ut illis, quibus ipse vices suas ad hoc commisit, suntque ab ipso expressè delegati, annua confessio fiat. Quippe ut docet S. Thomas Opusc. contra impugnant. Relig. cap. 4. fatendum omninò est, & *dicendum: quòd Sacerdos proprius non solùm est Parochialis, sed etiam Episcopus, vel Papa, ad quos etiam magis pertinet cura ejus, quàm ad Sacerdotem, ut multipliciter ostensum est. Proprium hìc enim non accipitur secundùm quòd dividitur contra commune; sed secundùm quòd dividitur contra alienum, unde qui confessus est Episcopo suo, vel alicui habenti vicem ejus, Confessus est proprio Sacerdoti.* Id igitur à fortiori obtinet in quocumque, sive Religiosus ille sit, sive non, qui ad id est à Papa delegatus, & cui ille vices suas commiserit.

Vnde rectè monet Ecclesiarum Parochialium Rectores M. Engelbertus, ut illud capitulum *Omnis utriusque sexus*, non aliter proponant, nec explicent, quàm secundùm debitum intellectum S. Matris Ecclesiæ, & Apostolicæ Sedis, nec asserere ausint, quòd

Sacerdos proprius in isto cap. dicatur solus curatus vel Parochus: cùm hoc constet esse erroneum ac damnatum per Decretalem Ioan. XXII. *Vas Electionis*. Sed & Papa, ejus Legatus, ac Pœnitentiarij, Episcopus, eiusdemque Vicarius, & cujuslibet horum delegati, quales sunt juxta S. Thomam, S. Bonaventuram, Petrum de Palude & omnes veteres Theologos, item S. Raymundum, S. Antoninum, Hostiensem, Cardinalem, cæterosque Canonistas apud M. Ioan Brehalli ingenti numero citatos, Ordinum Mendicantium confessarij, etiam veniunt nomine proprij Sacerdotis intelligendi: idque jure merito quidem. Quia sicut isto nomine comprehendi censetur non solùm Parochus ipse, sed etiam ejus vicecuratus seu sacellanus; vel alij aliqui per Ordinarios ad hoc ei adjuncti, perinde est quales hi sint, sive Regulares, sive alij, modò debitè approbati & deputati: & quemadmòdum illi omnes istius curati Parochianos pœnitentes quòvis tempore etiam Paschali ritè audiunt & absolvunt, tametsi invito quòque Parocho ad hoc ministerium forent adjuncti, sic & Episcopus ipse, ejusque Vicarius Generalis ritè audit & absolvit Diœcesanos omnes, & potiori jure summus omnium Pon-

tifex

tifex, tamquam universalis Ecclesiæ Pastor Catholicos omnes, uti commissum sibi à Christo Domino gregem, per semetipsum, & per quoslibet alios à se commissos & delegatos, ligare potest, & solvere, sine ulla ullius inferioris Pastoris, vel Parochi licentia.

Neque putandum est, quod ista potestas Prælatorum absoluta, aut delegatio, ac commissio contrarietur Constitutionibus Innocentij III. aut Concilij Lateran: decretis vel iuri Communi, quin potius est omnino consentanea ac conformis. Cùm idemmet ille Pontifex in ipso eodem Lateran: Concilio, ac eodem anno 1215. eodemque iure Apostolico, præcipiat Episcopis, ut alios sibi ad hoc divinum ministerium idoneos adsciscant, cap. *inter cætera*. de officio iud: Ordinarij. Quales censendi sunt Regulares Ord: Mend: quos cum eodem Innocentio III. Bonifacius VIII. & Clemens V. superiùs relati, in Extrav. *super Cathedram*, & in Clement. *Dudum* de sepult. disertè appellant *idoneos Prælatorum, ac Sacerdotum Parochialium, sive Rectorum Ecclesiarum, cooperatores, non solùm in prædicationis officio, verumetiam in audiendis confessionibus, & pœnitentiis iniungendis.* Unde & Ioannes XXII. ut supra indi-

indicavimus, postquam retulisset errores, Ioan. de Poliaco, inter quos secundus sustinebat, *quòd stante statuto, omnis utriusque sexûs, edito in Concilio Generali, Romanus pontifex non potest facere, quòd Parochiani non teneantur confiteri omnia sua peccata, semel in anno, proprio sacerdoti, quem dicit Parochialem curatum*, subdit. *Nos attendentes, quòd prædictorum articulorum assertio, prædicatio, & doctrina redundare poterat in multarum perniciem animarum, omnes prædictos articulos, & quemlibet eorum, tamquam falsos & erroneos, & à doctrina sana devios, Authoritate Apostolicâ damnamus, & reprobamus, doctrinam ipsis contrariam, veram, &* Apo*stolicam asserentes: cùm illi, qui prædictis Fratribus confitentur, non teneantur eadem peccata iterum confiteri, plùs quàm si aliis ea confessi fuissent eorum proprio sacerdoti, iuxta dictum Concilium Generale.*

His omnino concordat Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 15. *de reform.* ubi nullam prorsus Parochorum, ne Diœcesanorum quidem licentiam ad audiendas aliquo tempore, aut circa Pascha secularium confessiones exigit à Regularibus, sed debitam solummodò idoneorum præsentationem, & approbationem. Nec revocat ulla Regularium privilegia, suis decretis non adversantia, cap. 22. de Regul. sess. 25: imò è contra

cap.

cap. 20. eiusdem sessionis, illa omnia confirmat his verbis. *In cæteris omnibus, præfatorum Ordinum privilegia, & facultates, quæ ipsorum personas, loca, & iura concernunt, firma sint & illæsa.*

Propterea id ipsum sæpesæpius declaravit S. Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum ut liquet ex registro declarationum, quas originales, & authenticas, ac deinde in Romana Typographia expressas se vidisse testatur Barbosa lib. 1. iuris Ecclesi: cap. 43. Inter illas extat & hæc, data an. 1623. in rescripto ad Regulares Calvòmontu us. *S. Congregatio respondit, Regulares, semel à Diœcesano Episcopo simpliciter approbatos ad confessiones secularium audiendas, posse in diœcesi Episcopi approbantis, quovis anni tempore, etiam Paschali, & quorumcumque, etiam infirmorum confessiones audire, absque alia Parochorum licentia: & eos qui Regularibus confitentur, satisfacere præcepto Ecclesiæ, nec teneri iterum in Paschate proprio Parocho confiteri.*

Non potuisset disertius, nec luculentius complecti, & exprimere omnia, quæ hoc, quod hic pertractatur, argumentum concernunt.

In hanc sententiam universali consensu mirè conspirant Doctores Catholici omnes;

& præter antecitatos, adstipulantur Gerson Cancellarius Parisiensis lect. 2. in Evang. D. Marci de statibus Ecclesiasticis. 1. p. t. 3. 45. & de potestate Ecclesiastica consid. 12. Item 2. p. in regulis moralibus. tit. *de pœnis*. Joannes Major in 4. dist. 17. q. 6. & 7. Almainus in 4. dist. 17. q. 1. Gabriel in 4. dist. 17. q. 2. Navarrus in Manuali cap. 27. n. 263. Genebrardus cap. 26. Liturgiæ Durandus in 4. dist. 17. q. 12. Solerus de juridica potest confess. cap. 16. Vivaldus in candel. tit. *De Confess*. n. 27. & 28. Philip. Gamachæus 3. p. *de Pœnit*. cap. 18. & Nicol. Ysambertus item 3. part. *de Pœnit. disp*. 20. *a*. 3. Quaranta in Bullario verbo, *Confessor*, & verbo, Privilegia Regularium. August. Barbosa 2. p. pastor. sollicitud. alleg. 25. & lib. 1. iuris Ecclesiast. universi. cap. 43. Rebuffus in cap. *Omnis utriusque sexûs*. Calderinus Concil. 27. Choppinus lib. 2. Monastic. titul. 1. num, 30. & lib. 2. de sacra politia tit. 8. num. 8. aliique quamplurimi, quos magno numero congerunt suprà nominati Authores cum pluribus item alijs probationum argumentis, objectionumque solutionibus, quæ apud ipsos, & signanter Chassaing tract. 5. cap. 1. prop. 3. & 4. & cap. 2. propos. 5. prolixiùs expenduntur: præ quibus omnibus vnum allegasse suffecerit S. D.

N. Cle-

N. Clementem X. quem propitius Deus in longos annos conservet incolumem, & beatum faciat in terra viventium: qui Apostolicâ Sanctione, datâ 11. Kalend. Iulij 1670. quæ incipit: *Superna magni Patris familias*, omnia in posterum dubia præcidit, ita decernens. *Religiosos ad confessiones sæcularium semel simpliciter approbatos posse in Diœcesi Episcopi approbantis, quovis anni tempore, etiam Paschali, & quorumcumque etiam infirmorum confessiones audire, absque vlla Parochorum, vel ipsius Episcopi licentia. Et eos, qui dictis Religiosis simpliciter approbatis, Paschali tempore confessi fuerint, constitutioni, quæ, incipit: Omnis utriusque sexûs, quoad confessionem dumtaxat, satis fecisse censendos.*

Adjecitque clausulas amplissimas, omnium, quæ quomodolibet anteà in contrarium statuta sunt, derogatorias, &c. De hac igitur re non est ultrà disputandum, nec altercandum, sed optemperandum solummodò, & acquiescendum: quod iam olim studiosè satagerunt inculcare, qui præ reliquis accuratius rem hanc discusserunt, et prolixius explanarunt prænominati Engelbertus Culrificis Ord: Prædicat. S. Th. Doctor in *defensorio Privil: FF. Mend:* impresso Delphis An: 1508. Ioannes Brehalli eiusdem Ord: Doctor Theologus, ac hæreticæ pravitatis in regno

Fran-

Franciæ inquisitor *Tractatu de libera authorit. audiendi Confession: Religiosis Mend: concessa*, edito Parisijs an. 1507. per Ioan. Barbier. Et I. de Hooghstracten Ord: ejus: S. Th. Doct. & Profes in *Defensorio* FF. *Mendicantium contra Curatos illos, qui privilegia Fratrum iniustè impugnant, signaturis Doctorum utriusque iuris de alma Vniversitate studij Coloniensis egregiè præmunito*, ac evulgato an. 1507. Cuius appendicem, quia ad rem mirè facit, simulque & exemplar, sed contractius non nihil propter longitudinem, Bullæ datæ olim à Nicolao IV. (utpote admodum raræ) hic adjicere visum est.



CAPUT. XI.

Determinatio Doctorum Coloniensium. Revocatio Officialis Saltzburgensis. Constitutio Nicolai P.P. IV.

UTramque refert, primam sc. & secundam, prænominatus M. Iacobus de Hooghstraten. De illa ait. *Compilato jam dudum hoc opusculo*, (cui titulus, *Defensorium* &c. in articulos iuxta formam & methodum Doctoris Angelici pulcherrimè elaboratum)

deve-

devenit in manus meas authenticum quoddam instrumentum Coloniæ confectum per Notarium Imperiali authoritate, & ordinariâ admissione venerabilium Curiæ Coloniensis approbatum adhuc seculo præcedenti sc: an. 1443. in quo formaliter transsumpta fuit de verbo ad verbum determinatio quædam Doctorum Universit. Colonien: sigillis eorum munita, & subscriptionibus. Tenor autem est talis. In quo, quia nimium prolixus est, maximè in responsionibus ad dubia, & refutationibus Cavillationum, his omissis, utpote ad rem nostram parùm facientibus; prætermissâ item eandem ob causam quartâ quæstione, eiusque responsione, reliquas quatuor in compendium fidelissimè contractas brevitatis gratiâ hic recitamus. Erat autem iste *Casus in terminis. Quidam Parochialis sacerdos prædicat, seu etiam Capellanus palam, seu etiam asserit ad partem, quod quilibet suus Parochianus tenetur semel in anno confiteri sibi, vel suo Capellano, non obstante, quòd confessus sit F. Prædicatori, vel Minori legitime præsentato & admisso secundum formam Clement:* Dudum. *vel quòd suam, vel eius Capellani debeat desuper habere licentiam. Similiter prædicat, quòd ad minus singulis diebus Dominicis, & Festivis non debeant sui parochiani in Ecclesijs FF. Prædictorum audire divina.*

Ex quibus oriuntur quæstiones. Et primo

" tes prout notatur per Ioan: An. & Doct
" cap. penult: *de offi: Archipres:* Sed solummodò
" de Fratribus est quæstio. Et est rotundus
" textus in præallegato §. *statuimus*, quòd
" Fratres sint loco proprij Sacerdotis. Si
" ergo confessus Episcopo, vel eius pœni-
" tentiario censetur confessus proprio sacer-
" doti, de quo nemo dubitat, quid de con-
" fesso Fratri hujusmodi, de quo jus idem
" disponit? Certè censetur confessus proprio
" sacerdoti; quia à iure talis Frater, accu-
" mulatus seu additus est presbytero Paro-
" chiali per §. præallegatum etc. Ad 2am.
" quæst. Resp. *Salvo saniore iudicio, quòd sic: affir-*
" *mativè.* Quia est clarus textus in prædic-
" ta Clement: §. *statuimus.* Sunt enim huius-
" modi Fratres præsentati & admissi, & ac-
" cumulati Ecclesiarum Rectoribus, & er-
" go liberè habetur ad eos accessus, in au-
" dientia confessionum, ut est ibid: textus
" & Glossa. Quia talis Frater habet suam
" facultatem, à Papa & à jure communi. Hoc
" etiam confirmari poterit per verbum, *liberè*,
" in dicta Clement. Nam cui conceditur àli-
" quid liberè facere, huiusmodi concessio
" alterius requisitionem excludit. Ita no-
" tatur per Ioan. An. in C. *de multa*, de Præ-
" bend: & c. *licet Epis.* eodem tit. in 6. Cum

" igitur liberè possint audire confessiones
" dicti Fratres intelligendum est sine alteri-
" us requisitione, seu licentia, ut patet per
" glossam dicti Ioannis An: in ead: Clement.
" V. *Nos ex tunc*. Idem ibid. tenet Ioan: de
" de Imola. Præterea si licentia Pastoris su-
" per huiusmodi foret requirenda, verbum
" *liberè* nihil importaret vel induceret. Cùm
" tamen verba constitutionum & privilegi-
" orum ita intelligenda sint, ut aliquid o-
" perentur. c. *In his* de privileg: Et hoc pro-
" bare videtur §. *statuimus*, qui non facit
" mentionèm de requirenda licentia sacer-
" dotis Parochialis: quam si voluisset Papa
" præcedere, utique expressisset. C. *ad audi-
" entiam* de decimis. Et maximè facit Glos.
" in verbo *liberè* prædictæ Clement. Ad 3am.
" Quæst. dicam. *Quòd ex quo huiusmodi Fratres
" sint loco proprij sacerdotis, frustra tenerentur etiam
" semel in anno iterum confiteri suo Pastori, vel eius
" Capellano*. Unde si alicui dictorum Fratrum
" ritè præsentatorum semel in anno sint con-
" fessi, sunt proprio sacerdoti, vel ei, qui
" loco proprij sacerdotis habetur confessi: si-
" cut secundùm opinionum Pastorum sunt
" eorum Capellani. Sint ergo tales Fratres
" loco suorum Capellanorum, cùm in ve-
" ritate sint loco propriorum sacerdotum,
quia

" quia eis sunt accumulati, & corũ coadiuto-
" res ut præmissum est. Ad ultimam quæstio-
" nem videtur similiter respondendum;
" *Quod talis Parochianus potest apud Fratres Domi-*
" *nicis & festivis diebus audire divina officia, dum*
" *tamen non in contemptum sui propry Presbyte-*
" *ri se absentet à suâ Parochiâ.* Et licet hic pos-
" sit venire dubitatio utrum hoc casu Fra-
" tres prædicti sint loco talis proprij Pres-
" byteri vel non; tamen sint, vel non sint;
" sufficit, quòd Parochianus non absit à
" Parochiâ suâ in contemptum: vt dicit
" textus in c. *ut Dominicis* & ibi est glo. de
" Paroch. & aliæ. Est etiam benè ponderan-
" dum, quòd textus ibi loquitur de Presby-
" tero Parochiali ad quem venit alienus
" Parochianus ex contemptu sui proprij pres-
" byteri, quem debet abjicere. Et quæstio
" ista loquitur de Fratribus, qui palam &
" passim sua divina celebrant, nec habent
" aliquem abjicere nisi forte excommunica-
" tum, vel plublicè interdictum. Item ipsi
" Fratres sunt coadiutores pastorum Paro-
" chialium, ut *dicet Clement.* §. *cæterum.*

Quemadmodum ad dubia superius facta est respon-sum. Videtur mihi Ioanni de spull Iuniori, vtri-vsque iuris doctori. *De iure fore respondendum: Et dicam salvo Iudicio Saniore. Et ita consuevi in scholis*

ordinare legendo determinare per jura superius allegata & diversas rationes, quas longum & dispendiosum fuisset hic allegare. Et in testimonium præmissorum hic me subscripsi, & sigillum meum impressi. Et quia præscriptæ responsiones ad dubia supra tacta *videntur mihi* Lamberto vanden Legenhove, decretorum doctori. *Iuri consona (iudicio melius sentientium supra salvo) Ideò meâ manu propriâ subscripsi, & signetum meum in testimonium præmissorum apposui.* Prout dubijs suprascriptis per præ-
" cedentia scripta est responsum, *ita mihi* Gotfrido de Stralen de Vollenhoe Licentiato in decretis *Respondendum & determinandum esse videtur; & ita determino iudicio melius sentientium semper salvo; & sic authoritate prædictorum & aliorum jurium & responsionum brævitatis causâ nunc deducere prætermitto, obtinui in contradictorio iudicio iudicari. In quorum testimonium hic meâ propriâ manu subscripsi, & bis sigillum meum imprisi.* Prout supra allegatum est & responsum ad quæstiones suprâ notatas *apparet mihi* Fastardo Bareit de Busco, *de iure defendi posse; & quòd* in istis decisionibus mens Sedis Apostolicæ contineatur, videtur optimè probari per Extravagan. Ioan: 22°. quæ incipit *Vas electiones, si bene inspiciatur. Quod ego Fastardus legum Doctor scripto manus propriæ & proprio attestor sigillo.* In materia præscriptorum dubiorum

rum *apparet mihi* Guilielmo de Heës legum Doctori *de iure ut superius determinatum existit, fore censendum.* Sicque *consulo, atque dico salvo tamen judicio Saniore: quod protestor scriptura manus propriæ, & sigilli mei impressione.* Quoniam prænarratæ responsiones ad dubia supradicta *videntur mihi* Ioanni Hugonis de Alcmaria decretorum Doctori *de jure consonæ iudicio tamen melius sentientis semper salvo, ac in iure ita definiendum fore. In signum veritatis scripturâ manus propriæ, & sigillo meo munivi.* Additio " ad solutionem ultimæ Quæstionis. Huic " decisioni per omnia concordat Dominus " Panormitan. super c. *ut Dominicis*, de Pa- " roch: & alia ubi sic habet. *Sed hodie videmus communiter populum confluere ad Ecclesias Fratrum Mendicant: derelicto proprio Presbytero. Et credo si faciant bono zelo, non peccant. Vt puta, quia devòtius, & frequentiùs ibi celebratur. Item quia audiunt ibi prædicationem, & immediatè ante vel post, audiunt Missam. Non autem in hoc potest notari contemptus* &c. vide eum ibi ad longum.

" Subsequitur Revocatio nominatissimi " viri S. Theol: Professoris, utriusque juris " Doctoris, & Officialis curiæ Pataviensis " facta primò in curia Romana, & Secun- " dò in universitate Viennensi.

Obſervandiſſime Domine, ac vos, cæteri Reverendi Patres. Ego Ioannes Kaltenmarckter Saltzburgenſis atque Patavien: Diœceſis Officiales; Cum dudum in ſcholis Univerſitatis Viennenſis, extraordinariè legerem. c. omnis utriuſque ſexus de peni. & remiſ. plurimaſque deduxerim propoſitiones, quarum aliquas aſſertivè, alias verò diſputativè in dicta lectione propoſui, ut in quadam ſcedula, manu mea conſcripta, & in iudicio producta, atque a me recognita & confeſſa diſtinctius appareret: quarum nonnullarum occaſione quam plurimum Chriſti fideles ſcandalizati fuerunt. Unde tam facultas Theologiæ, dicti ſtudij Viennenſis, quàm hereticæ pravitatis inquiſitor, ac etiam Legatus S. D. N. cognoſcentes nonnullas ex ipſis propoſitionibus tanquam damnatas, hæreſim ſapere, aliquas vero Authoritati & poteſtati Romani Pontificis detrahere, alias veró temerarias, ſcandaloſas, iniurioſàſque eſſe; me multipliciter redarguentes, monuerunt & mandarunt, ut me ipſum publicè declararem, ac iuxta veritatem retractarem. Verùm quòd ſenſum, & planum dictarum propoſitionum, juxta Catholicam veritatem declarando publicè proponerem. Quod cum minimè canoni-

nonicè ſacerem, & res ipſa ad aures S. D. N. Innocentij Papæ VIII. deducta fuiſſet, ſua Sanctitas ad inſtantiam procuratoris Fiſcalis contra me, Reverendiſsimo Domino Georg: Epiſcopo Albanenſi, Cardenali Ulixbonenſi, & vobis Reverendiſſimo Domino Oliverio Epiſcopo Sabinienſi Cardinali Neapolitano cauſam ſuper his commiſit. Qui me ad perſonaliter comparendum coram vobis citari feciſtis. Ego verò tamquam filius obedientiæ dictæ citationis habitâ notitiâ, ad Romanam curiam non ſinè magno deſpendio me contuli, & coram veſtris Reverendis Dominationibus comparui, conteſtatuſque ſum nunquam fuiſſe intentionis, mentiſque meæ, tenere & docere quidquam contrarium fidei, aut determinationi & definitioni Eccleſiæ & Romani Pontificis: cuius iudicio proteſtatus ſum omnia mea dicta ſubmittere. Quodque ex tunc iudicio, & correctioni veſtræ Reverendiſſimæ Dominationis, tam in dictis propoſitionibus, quàm in alijs per me erratis ſubmittebam, paratus ſtare correctioni V. R. P. Verum quia clarè, ac certe mihi conſtat, quaſdam ex dictis propoſitionibus, expreſſè ab Eccleſia eſſe damnatas, ideo ego Ioan. Kaltenmarckter, qui ſuprà, in iudicio co-

ram vobis Reverendissimo Domino ceterisque astantibus personaliter constitutus, sacrosanctis Evangelijs coram me positis eisque propriis manibus corporaliter per me tactis iuro me credere, & ore confiteor illam sanctam fidem Catholicam & Apostolicam Ecclesiam quam Romana Ecclesia credit profitetur prædicat & observat, & consequenter abjuro, revoco & detestor omnem hæresim cuiuscumque conditioninis, & sectæ ex tollentis se adversus sanctam & Apostolicam Ecclesiam. Item iuro me corde credere, & ore profiteor quod stante c. omnis utriusque sexus de pe. & re. in concilio Generali edito quod Romanus Pontifex potest dare licentiam Parochianis quibuscumque, ut alteri quàm proprio sacerdoti curato liberè confiteantur: ita quòd taliter confessi non tenentur eadem peccata suo proprio sacerdoti curato semel in anno reconfiteri. Item quòd Papa potest dare generalem potestatem audiendi confessiones; & quod confessi talibus habentibus legitimam potestatem à Papa, non tenentur eadem peccata reconfiteri suo proprio sacerdoti curato: quarum propositionum contrarium in publicis scolis Viennæ tanquam dubias & disputativè me legisse confiteor.

teor, Quas tanquam erroneas, & hæreticas, & per plures Summos Pontifices, videlicet, Ioannem XXII. Eugenium IV. & Nicolaum V. damnatas revoco, abnego, & abjuro: cum legitimè eas per Extravagantes, dictorum Pōtificum fuiſſe damnatas mihi conſtat. Item abnego, & revoco illas propoſitiones indiſtinctè poſitas: videlicet: Concilium eſt ſupra Papam. Item. Papa non poteſt revocare per Concilium Generale concluſum. Quas etiam modò in dictis ſcholis me legiſſe confiteor. Jtem dico: quòd omnes & ſingulæ propoſitiones in quibus derogatur privilegijs conceſsis Fratribus Mendicantibus à Sede Apoſtolica in iniuriam eſſe dictæ ſedis. Sicut quòd procuratio dictorum privilegiorum inficit Fratres prædictos peccato iniuriæ, inobedientiæ, avaritiæ, & ſuperbiæ, & quòd dicta privilegia afferunt Fratribus dictis multa incommoda.

Et omnes illas propoſitiones eamdem materiam concernentes, in quantum contraveniunt dictis privilegijs, & Apoſtolicis conceſsionibus quoquomodo dicta privilegia lædunt, dico falſas, & erroneas, ac ſacræ Doctrinæ contrarias. Iſta quòd omnes, & ſingulas propoſitiones, quas tunc legi, quocumque

cumque modo videntur innuere vel inferre, quod confessi prædictis Fratribus juxta formam Clementine, *dudum*, teneantur eadem peccata iterum suo proprio sacerdoti reconfiteri, vel aliter Apostolicis concessionibus derogare, tanquam erroneas, falsas, Ecclesiæ determinationi contrarias revoco, & abjuro: ac illas in publicis scholis legisse me pænitet.

Cum manifestè ex hujusmodi lectione constet, multa secuta fuisse scandala, & plurimos de tali erronea, seu falsa doctrina deturbatos. Vnde graviter & plurimum doleo, ac me errasse confiteor: quod super his declarandis requisitus à facultate Theologiæ dicti study Viennensis, juxta promissionem quàm eidem facultati feceram, canonicè non declaraverim. Et magis doleo, & gravius me errasse confiteor: cum per inquisitorum hereticæ pravitatis in partibus illis, in valuis Ecclesiæ publicatum fuisset, dictas propositiones damnatas per Ioannem XXII. eas non revocaverim, nec declaraverim, aut diligentiam debitam adhibuerim, vt veritatem ipsam certius in venirem. Imò errorem errori addendo vocatus in judicio à Legato sedis Apostolicæ in partibus illis, coràm multis dignis per-

perſonis, & facta admonitione mihi, & mandato ſub pænis, & cenſuris Eccleſiaſticis de dictis propoſitionibus revocandis, & declarandis, ut latius in proceſſu dicti legati conſtat, non humiliter, ut debui, dictis monitionibus parvi: ſed contumaciter, & indibitè ad ſedem Apoſtolicam appellavi: quam etiam apellationem infra tempus juris non ſum proſecutus. Qui etiam Dominus Legatus quando per Nuntium meum Apoſtolos petij, mihi notitiam fecit, quod aliqui ex dictis articulis, ſeu propoſitionibus damnati, ſeu damnatæ fuerant à Ioanne XXII. Confiteor igitur, & recognoſco coram vobis Reverendiſsimo Domino Commiſſario, cæteriſque hic aſtantibus in prædictis, ut præmiſſum eſt graviter me erraſſe: ac ſuper his, corde contrito & humiliato veniam & pænitentiàm, non quidem ut rigor juris expoſceret, ſed ex benignitate canonica humiliter requiro, & iterum juro pariter, & repromitto quòd ſupradictos errores ſemper evitabo & illibatam fidem ſervabo, quam Romana tenet Eccleſia, & prædicat. Et hæreticos, & ad hærentes eorum perſequar: & tam eos, quā eorum fautores, receptatores &, benefactores bonâ fide & ſine dolo ac ſi
ne

ne mora manifestabo Ecclesiæ, vel Prælato. Et pænitentiam, quæ mihi pro dicta culpâ meâ injungetur, integrè complebo, & faciam. Et juxta quod per vos mihi injunctum est, hanc eandem scedulam meæ confessionis & retractationis, de verbo ad verbum, in scholis Viennensis study vbi aliâs legere consuevi circa principium studij presentis An. 1492. Convocatis omnibus, ac tunc Regentibus, in singulis Facultatibus, in dicta Vniversitate, sub publico salario conductis, & eis astantibus, & alijs etiam, publicè audire volentibus, in auditorio publico, de verbo ad verbum altâ & intelligibili voce articulatè legam, & singula, prout in hac schedula continentur, me in veritate semper sentire & tenere profitebor. Ita me Deus adjuvet, & hæc Sancta Evangelia Dei, quæ in manu teneo Alioquin pænas juris me incurresse confiteor.

Quæ quidem revocatio de manu propriâ dicti Domini Ioannis sic erat subscripta. *Ego Ioannes Kaltenmarckter huic confessioni retractationi promissionique, me, (præstito de conservandis supra dictis omnibus Sacramento propriâ manu conscripsi.*

Facta fuit supradicta retractatio & lecta per Dominum Ioannem præfatum coram Reverendissimo, in Christo, Patre & Domino

mino D. Georgio Cardinali Vlixbonensi, judice & commissario pro tribunali sedente: & publicata per me Ioannem Morsellum, Notarium infrascriptum, in urbe, in ædibus Reverendissimi Domini præfati, apud Sanctum Laurentium in Lucina, An. Domini 1492. Pontificatus S. D. N. Innocentij, Papæ VIII. An. octavo, die decimâ mensis Maij, præsentibus Reverendis in Christo Patribus Dominis P. Episcopo Cesonarij, causarum cameræ Apostolicæ auditore, & A. & C. venefrano & Bisareno, Episcopis, ac M. Paulo, Sacri palatij Apostolici Magistro, necnon Domino Ottone Salargenensis Serenissimi Domini Romanorum Regis Oratore, ac Nicolao Cæsaris, ejusdem Regis Secretario, & M. Gratiano de Villanova Ordinis Carmelitarum in Basilica Principis Apostolorum Pænitentiario, & quam pluribus alijs testibus. *& ego Ioannis Morsellus publicus authoritate Apostolicâ Notarius, & præfati Reverendissimi Cardinalis in hac causâ scriba, prædictæ retractationi, omnibusque alijs, & singulis, dum sic, ut præmittitur, fierent, interfui, cum pronominatis testibus eaque omnia & singula rogatus publicare fideliter publicani In quorum fidem signum meum appositi consuetum.*

Hoc

Hoc modo & formâ non minus Salutari quàm felicè resipuit vir iste Clarissimus & celeberrimus. Et spes esset, quòd resipiscerent plures, si prædicta ruminarènt seriò, & attentè mentis oculo, revolverent litteras Apostolicas, quas mulò ante Rectoribus Ecclesiarum in Diœcesi Attrebatensi. si scripsit sententiosissimâ styli gravitate Nicolaus, PP. III. An. 2o. sui Pontificatus 2o. Nonas Octob. quasque authenticas suis testemonijs ac sigillis reddiderunt, An. 1289. Feria 6. ante Dominicam, *invocavit*, Ioannes Abbas Monasterij S. Bartholomæi Brugis in Flandria & Mag. Brixius Præpositus B. Mariæ ibid. Earum tenor hic est.

Nicolaus Episcopus Servus servorum Dei, dilectis filijs, Rectoribus Ecclesiarum, & Diœcesis Attrebanitensis, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Si ad illum, prout vos decet haberitis respectum, qui nullum bonum irremuneratum relinquit, nec malum etiam impunitum, illi soli studeretis placere, & non solum pia loca non offenderetis, & proximos, verum etiam tanto libentius manu teneretis, & difenderetis eadem ab incursibus malignorum, quanto ex hoc ipso possetis Divinam gratiam comparare. Sane dilectis filijs Fratribus Attrebatensibus Ordinis Prædicatorum Nobis exponen-

exponentibus accepimus admirantes, quod vos Fratres eosdem ac eorum Ordinem divinitus institutum indebitè molestantes, ipsos, quos ob Reverentiam divinam, & Apostolicæ Sedis, cui Ordo ipse nullo medio est subiectus, & omni Ordinariorum jurisdictione prorsus exemptus deberetis ab alijs quantum in vobis esset pro viribus defensare: quin immo prout ad eorum spectat officium, & eis est ab Apostolica Sede concessum, proponere valeant in Ecclesijs vestris fidelibus verbum Dei, & eorum Confessiones audire, & eos absolvere, eisque pœnitentias iniungere Salutares: pro vestræ volantatis libito non absque Redemptoris injuria impeditis. Et quod non levè ferimus: quidam in superbiam erecti non modicam, operum impugnatores eorum, eorundem famam & vitam morsu defamationis dilacerant, illorum facta reprobant, privilegia & indulgentias dictis Fratribus ab eadem Sede concessas moliuntur superstitiosis interpretationibus, & frivolis appellationibus annullare. Propter quod eisdem Fratribus eorumdem fidelium subsidia consueta, dictisque fidelibus salutaria consilia & animarum remedia subtrahuntur. Cum autem pietas specialiter nos inducat minimè talia sub silentio præterire, rogamus & hortamur attentè per Apostolica vobis scripta præcipiendo mandantes, quatenus non solum colligationes omnes impietatis, & deprimentes fasciculos desolventes, verum etiam redeuntes ad Cor tamquam

viri

viri provide & discreti, Fratres ipsos, quo, vos decet, favore prosequi studeatis: & conscientiæ vestræ consulentes & famæ, a prænominatis, & alijs prædictorum Fratrum gravaminibus desistatis omnino, & a similibus quiescatis, non permittentes eos, quantum in vobis fuerit, ab aliquibus indibitè molestari.

Notent diligenter in Palladociâ Dialogicus fasciculator, clarusque Demonstrator, & Christophorus Philalethes ista, *pro vestræ voluntatis libito, non absque Redemptoris injuria impeditis. Et quidem privilegia, & indulgentias dictis Fratribus ab eadem Sede concessas, moliuntur superstitiosus interpretationibus annullarê. Propter quod fidelibus salutaria consilia, & animarum remedia substrahuntur.* Atque Apostolicæ Sedis monitis salutaribus obsequentes, *non solum colligationes omnes impietatis, & deprimentes FASCICVLOS dissoluant, verum etiam redeuntes ad cor, conscientiæ suæ consulentes, & famæ, a prænominatis, & alijs* Fratrum *gravaminibus desistant omnino, & a similibus quiescant,* ac impactas calumnias retractent. Præivit exemplo Officialis Saltzburgensis, quod & sequi non dubitavit Parochorum illorum (qui Duaci magnâ contentione negabant in Ecclesijs Regularium Dominicis festisque diebus missæ auditionem, Paschalemue confessio-

feſsionem licere civibus) unus aliquis atteſtante Buſelino lib. 12. Annal: Gallo-Fland: ad finem An. 1592. " qui vel maxi-
" mè hoc bellum è ſuggeſtu verbis accen-
" derat, indeque Religioſos acerrimè per-
" ſtrinxerat, non defuit muneri ſuo tam
" gravem commiſſam ab ſe noxam deflen-
" di, ac publicè pænitudinis eius Duacen-
" ſem populum monendi. Cum enim per a-
" liquod annos alibi quam Duaci commo-
" rans nullam animi & corporis quietem
" caperet, ac varijs agitatus morbis apud
" Sacerdotem ejus Ordinis quem maximè
" fuerat perſecutus, vitæ totius peccata con-
" fitendo depoſuit, ac ſerio promittens re-
" cuperatâ ſanitate Romanum iter aggreſſu-
" rum ſe, etiam ſucceſſori ſuo mandavit,
" ut ex eo ſuggeſtu, ex quo fuerat in Re-
" ligioſos peſsimo exemplo, calumnioſis vo-
" cibus debacchatus, erratum ſuum pro con-
" cione panderet, ejusque ab omnibus ve-
" niam precaretur.



CAPUT. XII.

Nedum iniustum, sed & irritum est omnes generaliter unius cœnobij Religiosos sæcularium Confessarios, inconsultâ Sede Apostolicâ, ad novum examen cogere, vel approbationes eis legitimè datas revocare.

LOngum nimis, quin & superfluum foret, omnia, quæ in hanc rem faciunt, documenta & fundamenta proferre, quæque ex professo fusè satis, & prolixè adducunt, & explanant Authores statim nominandi, unde non nisi ea quæ clariora, certa, & recentiora sunt, quam brevissimè exponentur.

Præmittendum autem 1. ex Laureto de Franchis p. 1. n. 15. & 1394. & Pasqualigo ibid. Regulares, qui reperti fuerint absolutè idonei ad audientiam confessionum, debere etiam absolutè, ac simpliciter, sine ulla limitatione, ad illam approbari: adeoque illam approbationem non esse liberam, sed necessariò conformandam idoneitate personæ.

Prob.

Prob. Concilium Tridentinum requirens in Sacerdote Regulari, ad hoc, ut Sacramentum Pœnitentiæ sæcularibus administrare valeat, obtentam prævié ab Episcopo approbationem, sess. 23. cap. 15. de reform. hanc non committit, nec relinquit in merum, ac solum beneplacitum Episcoporum, sed in judicio de idoneitate per examen, vel aliundè habito: ut liquet ex illis verbis: *Nisi per examen, aut aliàs idoneus judicetur.* Unde etiam patet, quòd approbatio concedenda, non sit nisi prolatio sententiæ de idoneitate personæ, juxta judicium, quod de ea sive per examen, sive aliàs formatur: ideòque si prolatio sententiæ discrepet à judicio; & approbatio non sit conformis idoneitati, injusta erit, non secùs ac sententia judicis, quæ discrepat ab ipsius judicio, quod formavit, examinatis, ac auditis partibus, atque à juribus, secundùm quæ debet proferri. Igitur non est liberum Episcopis approbare juxta suum beneplacitum nec approbationem ad libitum limitare, sed obligantur ad eam dandam secundùm mensuram idoneitatis, alioquin, cùm Regulares facultatem administrandi sæcularibus Sacramentum Pænitentiæ habeant ab Apostolica Sede, Conciliumque solummodò tri-

buat Episcopus jus approbationis juxta judicium rectum, & conforme idoneitati personæ, palàm excederent terminos potestatis sibi datæ, in præjudicium Sedis Apostolicæ; dum facultates ab ipsa Regularibus indultas sine causa, & contra juris æquitatem, ex mero beneplacito limitent, & restringant.

Quare & ipsa S. Concilij Trident. Congregatio ad tollendam omnem dubietatem ac difficultatem, ita declaravit 2. Iulij. 1587. *Regulares, qui ad confessiones audiendas idonei generaliter ab Ordinarijs, eorumve examinatoribus reperti, & probati fuerunt, generaliter quoque, & indistinctè, absque aliqua limitatione temporis certorumve locorum, aut generis personarum, admittantur in Diœcesi propria; de cæteris verò qui non adeò idonei reperientur, si petierent, se admitti arbitrio Ordinariorum relinquitur, ipsos cum limitata facultate, prout eisdem Ordinarijs magis expedire videbetur, probare, & admittere.* Subsignat F. Michael Bonel. Card. Alex.

Secundò præmittend. Quòd licèt aliquando Regularium Confessariorum quispiam pro sæcularibus simpliciter approbatus posset in aliquo speciali casu ab Episcopo approbante, vel ejus Successore ad novum examen vocari, ad hoc tamen necessariò deberet ad-

esse nova aliqua, ac justa causa, & antequam per illud, de ejus insufficientia constiterit, neutiquam potest approbatio priùs data revocari. Ratio utrobique est manifesta ex differentia, quæ reperitur inter gratiam, & judicium. Illa namque pendet ab arbitrio concedentis, sicut delegatio à delegante, quam hic potest pro libito revocare: at approbatio Confessarij est judicium, seu sententia prolata super sufficientia approbati, quæ semel simpliciter, ac absolutè data, non est amplius in potestate dantis, non magis quam judicium, & sententia semel à judice prolata, quæ nequit ab ipso posteà revocari; & similiter jus docendi per legitimam approbationem concessum Doctori, quod non est ampliùs revocabile. Quæ ratio à fortiori evincit, multò minùs esse in potestate Episcoporũ approbationes semel ab Antecessoribus datas generaliter revocare. Ecquæ enim in Successore imaginabilis fingi potest inquietudo aut onius conscientiæ, quod rationabiliter ejus animum movere valeat ad tam generales faciẽdas revocationes approbationum, quæ à suo Prædecessore prudenter, ac legitimè datæ supponi debent? Certè respectu omnium in tota aliqua Diœcesi Regularium, nùllæ rationes particulares, vel causæ sufficientes subes-

se possunt, ob quas jure per approbationem acquisito, ac facultatibus per indulta Apostolica obtentis, quæque non dependent ab arbitrijs Ordinariorum, spoliari queant. Imò potiùs censeri debet temeraria præsumptio, quàm opinio, omnes omninò Regulares, Confessarios insufficientes, ac inidoneos esse effectos, ex quo alius Successor primò Episcopo datus est. De qua re statim latiùs Nunc ad priora puncta sigillatim elucidanda.

¶. 3. Præmittenda venit Bulla Pij V. ante-dicta, *Romani Pontificis*, quæ sic habet: *volumus eos* (Regulares Ordinum Mendicantium) *qui semel ab Episcopis suis prævio examine approbati fuerint, ab eodem Episcopo iterum non examinari; ab Episcopo autem Successore, pro maiori conscientiæ suæ quiete examinari de novo poterunt.* Eique conformis declaratio S. Congregationis, decernens, quòd *Regulares ad audiendas in civitate, & Diœcesi sæcularium confessiones, semel ab Episcopo prævio examine approbatos, iterùm ab eodem Episcopo non esse examinandos: cæterùm à Successore posse utique examinari, juxta constitutionem sanctæ memoriæ Pij V. datam 8. Idus Augusti, Pontificatus illius anno 6. quæ à felicis recordationis Gregorio XIII. non est revocata per reductionem Privilegiorum Regularium ad terminos Concilij Tridentini. A. Card. Caraffa.* Ad hæc &

consti-

constitutio Urbani VIII. *Alias à nobis* edita 30. Ianuarij 1629. ejusdem planè tenoris extatque apud Barbosam lib. 1. Iur Ecclesiast. cap. 43. Quæ omnia potiùs videntur saltem pro Episcopo Successore facere, ac idcircò potissimùm pro ea contra Regulares vrgentur, ac inculcantur.

Ex illis tamen nihil pro ipso confici, sed necessariam ei esse rationabilem causam ad novum examen, clarè ostendunt Petrus du Fay in discurs. de perpetuit. approbat. Religios. Emanuel. Rodrig. tom. 3. Regul. q. 32. a. 6. & suppl. Bull. Cruc. §. 9. n. 32. Alphons. Carranza in suo consilio informatorio pro Regularibus, impresso Barcin. 1618. & a. 29 classicis Authoribus comprobato Zenedo qq. Can. q. 26. n. 14, Barthol. Fumi V. Absolutio n. 14. Vega lib. 1. cas. consc. cas. 58. Baptista Salis de Confess. n. 5, Villalobos tom. 2. tract. 9. diff. 53. n. 5, Bruno Chassaing tract. 5. cap. propos. 2. citans Ioannem de la Crux, Henriquez, Eman. Sa, Salgado, Martin. à S. Ioseph, Zerolam, atque ex ipso declarationem S. Congregationis. Id quod, vel inde fit perspicuum, quòd expressè caveatur, hoc Successorem tantùm posse, *pro majori conscientiæ suæ quiete*, in isto particulari casu, quando dubium aliquod vel inquietudo de unius, vel quo-

rundam insufficientia (nam per prædictas constitituones hoc penitùs vetari respectu omnium in generali, vel totius monasterij, ut infrà patescet) ipsum ita extimularet, ut ad conscientiæ suæ quietem, ac tranquillitatem novum examen esset necessarium, nec illa aliter nisi per illud pacari posset, nec sufficientia explorari. Igitur requiritur aliqua justa, ac particularis causa, quæ Episcopi conscientiam non temerè, sed rationabiliter angat, & inquietet. Siquidem si aliundè de idoneitate constare posit, quod facillimum, & obvium est, tum examen novum non est necessarium, & si non subsit justa aliqua id iterandi ratio, nec dubium ejus erit rationabile, aut verum, nec inquietudo justa; vel fundata, sed imaginaria; cùm nulla adsit vera causa, quæ conscientiæ quietem turbet.

Deinde taliter semel legitimè ac simpliciter approbati, si posteà nulla superveniat causa, mutatio vel defectus in sufficientia, ac idoneitate, habent id, quod à Concilio Trid. requiritur, ac consequenter facultatem à Sede Apostolica administrandi Sacramentum Pœnitentiæ juxta sua privilegia; hæc autem facultas, utpote à suprema authoritate eis collata demi, aut suspendi per Episcopos non potest quamdiu manent legitime approbati;

nec

nec poteſt approbatio revocari, ſi nulla ſubſit in idoneitate mutatio, vel defectus; cùm per illam ſemel approbatam ac judicatam ſit ipſis jus acquiſitum, nec etiam indigent novâ novi Epiſcopi approbatione. Igitur ſi nullâ habitâ de ſufficientia dubitandi ratione, ſolo prætextu pacandi conſcientiam compelleret eos Epiſcopus ſucceſſor ad novum examen, eos ſine cauſâ, & ratione turbaret, ac moleſtaret in iure acquiſito per juſtam legitimæ approbationis ſententiam, quæ retractari, vel in dubium, ac ad novum examen revocari ſine novâ, ac juſta cauſa, nec juſtè, nec validè poteſt: ut docent Card. Lugo diſp. 21. de Pœnit. ſect. 3. n. 64. Torreblanca de jure ſpirit. lib. 14. cap. 2. Portel v. Confeſſ. Præſent. Boſsius de Iubil. ſect. 3. cap. 2. §. 4. n. 164. Leander de pœnit. tract. 5. diſp. 11. q. 85. & ſeq. Bordonus tom. 1. Reſolut. 36. num. 8. Lezana Conſult. 40. n. 1. citans Suarez, Peyrin. Caſtro-Palaum. Paſqualigus ſupra allegat. ad n. 15. Laureti, referens Armillam, Sylveſtrum, Mirandam, Fagundes. Alijque quàmplurimi.

4. Præmittend. in confeſſo eſſe, quòd ipſemet approbator Epiſcopus ſine nova cauſâ, & illa quidem ad confeſſiones ſpectante, neutiquam poſsit regularium aliquem à ſe ſimpli-

plicitur approbatum ad novum examen vocare, nec ab audiendis Confessionibus suspendere, nec approbationem revocare: Constat hoc 1. ex Bulla Pij V. *Etsi Mendicantium* n. 41. & Bulla *Romani Pontificis* ante citatâ, adjunctâque S. Congregationis declaratione. 2. ex alia ab eadem Congregat. facta 22. Ian. 1597. & ad Episcopum Pisaurien. sub. ann. 1646. transmissâ eiusdem planè tenoris. Itemque ex aliâ à S. Congregatione expiditâ 20. Novemb. 1615. qua statuitur, ac decernitur *Archiepiscopis, Episcopis, alijsque locorum Ordinarijs, ad quos Confessores approbandi jus spectat, Confessarios Regulares aliàs ab ipsis liberè approbatos, ab audiendis Confessionibus, suspendere post hac minimè licere, nisi ex nova causa, eâque ad Confessiones ipsas pertinente, aut ob non observatum interdic. tum ab ipsis Ordinarijs positum:* 3. Ex alia, datâ 30. Augusti 1630. & approbatâ 31. ejusdem ab Vrbano VIIJ. difiniente *Episcopum quamuis simpliciter, & absque ulla temporis præfinitione approbaverit Regulares ad Confessiones personarum sæcularium audiendas, posse tamen eosdem si nova causa superveniat, ut suprà, suspendere, ac licentias illis concessas revocare, dummodo hujusmodi Confessiones ipsas concernat.* F. A. Card. S. Honufrij. P. Fagnanus Secret. Quartò. Ex Constitutione ejusdem Pontificis, *Aliàs à nobis*, ante me-

memoratâ, quâ ita cavetur: *Illi autem, quos ipſemet Epiſcopus ad Confeſſiones hujusmodi audiendas ſemel admiſit ſimpliciter, ac ſine ulla temporis præfinitione, nullatenùs poſſunt ab eodem reprobari ſine nova cauſa, eaque Confeſſiones ipſas concernente.* Quintò. Ex Bulla Innocentij X. *Cùm ſicut accepimus*, de anno 1648. 16. Maij. ſtatuentis, *Regulares aliàs liberè ab Epiſcopo prævio examine approbatos ad audiendas Confeſſiones perſonarum ſæcularium, ab eodem Epiſcopo ſuſpendi non poſſe, ſine nova cauſa, eâque ad Confeſſiones ipſas pertinente.* Denique ex conſtitutione S. D. N. Clementis X. in initio hujus capitis adductâ, quæ ſic habet: *Regulares verè ad ejusmodi Confeſſiones audiendas prævio examine ſimpliciter, & abſque ulla temporis præfinitione, ab ipſomet Epiſcopo (ſecus autem ſi ab eius Vicario, aut ab Anteceſſoribus Epiſcopis) approbatos, non poſſe ab eodem, qui ſic approbavit, iterùm examinari, aut ab ijſdem confeſſionibus audiendis ſuſpendi, ſeu licentias illis conceſſas revocari, niſi novâ ſuperveniente causâ, quæ ipſas confeſſiones concernat.*

Inde fit notum, diſcrimen hac in parte, inter Epiſcopum approbantem Regulares, & eius Succeſſorum: nimirùm quòd ille non quidem propter aliquod dubium, nec pro majori conſcientiæ ſuæ quiete, ſolummodò propter juſtam cauſam, eamque proba-

cam

tam, vel ob violatum interdictum, posſit ſemel ſimpliciter à ſe approbatos, denuò examinare, vel ſuſpendere, vel approbationem revocare. Hic verò ultra hoc, illa etiam facere posſit, ob ſolum rationabile dubium de inſufficientia approbati, & ad conſcientiam ſuam quietandam, quando eam aliqua ratio verè inquietat, ac perturbat; quæ an de facto verè adſit, ſitque ſufficiens, priùs ab Epiſcopis ſedulò diſcutiendum, *ſuper quo Apoſtolica Sedes illorum conſcientias voluit eſſe graviter oneratas.*

His præmiſsis facilè eſt ex allegatis decretis, ac diſpoſitionibus canonicis, apertiſsimè demonſtrare, quòd neutiquàm ſit in poteſtate Epiſcoporum, omnes unius monaſterij, ſeu collegij Confeſſarios Regulares, inconſultâ Apoſtolicâ Sede, ſuſpendere ab audientia Confeſſionum, nec approbationem eorum revocare, nec ſub pœna ſuſpenſionis ad novum examen cogere.

Præter rationes ſupra adductas patenter id evincit imprimis decretum S. Congregationis hoc tenore: *Cum S. Congregationi Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium* Præpoſitorum *innotuerit Confeſſarios Regulares graviter conqueri, quod ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum Ordinariis ab audiendis Confeſſionibus quavis de cauſa indiſcriminatim ſuſpenduntur, & propterea*

ſæpè

sæpe contingere, vt ab ijsdem Archiepiscopis, & Episcopis, & locorum Ordinarijs omnibus simul vnius Conventus Confessarijs confessiones audiendi facultas adimatur; Illustrissimi eiusdem Congregationis Patres rati, vix fieri posse, vt hæc sine scandalo, magnâque animarum pernicie contingāt re muturè perpensa, ad omnem scandali materiam submovendam, & quò magis spirituali piarum mentium consolationi consulatur, statuunt, Archiepiscopos, Episcopos, locorumque Ordinarios confessiones audiendi facultatem omnibus simul vnius Conventûs Regularibus Confessarijs, eâdem S. Congregatione inconsultâ, nullo pacto adimere posse: quod quidem decretum, ijdem illustrissimi Patres oportunum, & necessarium duxerunt ita inviolabiliter iubent observari. Rom. 20. Novamb. 1615. A. Mar. Episcopus Hostien. Cardin. Gallus. V. Thearin. Secret. Hæc autem non nuda solummodò declaratio S. Congregationis censeri debet, sed potiùs Apostolicæ Sedis constitutio, siquidem & Urbanus VIII. eam approbavit, & confirmavit per Breve datum Anno 1625. quod recitat Ludov. Caspensis tract. 24. de Pœnitent. disp. 5. sect. 9. & Innocentius X. Bullâ antedictâ, *Cùm sicut accepimus*, declarans quidem præallegatum decretum *intentionis defectu, & convenientiâ morali non extendi ad regiones illas Indiarum tam longè ab vrbe dissitas,*

ſitas; attamen etiam addens, *ab hac generali ſuſpenſione, quæ vix ſine ſcandalo, & animarum pernicie contingere poteſt, abſtinendum eſſe Epiſcopis*, &c. *Apoſtolicæ firmitatis robur adjecit, & inviolabiliter obſervari mandavit.*

Vbi notandum venit, *graviſſimum ſcandalum, ac pernicies animarum*, ſine quibus generales illas ſuſpenſiones non contingere compertum eſt, ad hoc, ut vel propterea illæ fieri *nullo pacto* debeant, nec poſſint, ut determinat *S.* Congregatio.

Præterea idem ſanxit eadem S. Congregatio pro Regularibus Ruſſiæ 21. Feb. 1642. quam ſanctionem ſeſe vidiſſe teſtatur Lezana l. c. n. 6. Superius etiam cap. 4. relata eſt deciſio S. Congregationis, ſignata à M. Card: Ginetto & A. Sacrato Epiſ: Comal: Secret: de data 13. Novemb. 1643. ad Archi Epiſ: Burdegalen: cujus hoc eſt initium. *Per Illuſtris & Reveren: Domine vti Frater. Decreto generali S. Congregationis, negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ cautum eſt, locorum Ordinarios omnibus ſimul unius conventus Regularibus confeſſariis, eâdem S. Congregatione inconſultâ, facultatem audiendi confeſſiones nullo pacto adimere poſſe. Vt amplitud: tuæ cognitum eſſe putant Eminent: Patres. Quâcirca, &c.*

Luculentiſſimè tandem dubium omne

exe-

excmit S. D. N. Clemens X. supra recitatâ constitutione, quæ incipit, *superna*, in hæc verba: *Attamen Confessiones audiendi facultatem omnibus simul vnius Conventûs Regularibus Confessoribus adimi ab Episcopo inconsultâ Sede Apostolicâ nullatènus posse.*

Proinde res hæc ita clara jam est, & explorata, vt nullus ultrà superesse posit controversiæ locus, id quod agnoverunt, & palàm fecerunt tribunalia tam Ecclesiastica, etiam suprema, quàm sæcularia, quæ Regularibus suum jus publicis sententijs asseruerunt & stabilierunt. Sic, cùm Episcopus Pisaur. An: 1646. rigidiùs contra Regulares Confessarios procederet, S. Congregatio edito decreto à Card. Caraffa, & Paulucio Congregationis Secretario, subsignato, districtè mandavit, vt circa examen, & approbationem Confessariorum Regularium omninò, ac ad amussim observaret declarationes S. Congregationis, eidem decreto, & litteris adjunctas, inter quas una erat de 16. Ian. anni 1606. statuens, *Dominos Ordinarios non posse facultatem audiendi confessiones, omnibus simul vnius Conventus Regularibus, eâdem sacrâ facultate inconsultâ adimere.* Sic pridem in ista satis ubique divulgatâ contestatione inter Episcopum Brugensem, & suæ Diœcesis Regula-

res, super eo quod ipse hos à Prædecessore licet simpliciter approbatos, vellet tamen ad novum examen adigere, Illustrissimus Dominus tunc in Belgio Pronuntius, cùm authoritate Apostolicâ præcepisset Brugensi Episcopo, ut ab incœpto desisteret, Regularesque sineret suorum gaudere possessione privilegiorum, tergiversantem condemnavit in mulctam sex mille florenorum per sententiam datam 16. August. 1630. præmissâ etiam priùs comminatione interdicti; unde difficultate per transactionem compositâ, Episcopus ipse schripto declaravit, nullos Regulares sæcularium confessarios, etiamsi à suo Prædecessore approbatos ad novum examen obligari, quam transactionem sententia Concilij Regij diplomate Bruxellis expedito roboravit.


Sic nuperrimè cùm D. Episcopus Tornacensis edicto quodam publicato 24. April. hujus Anni 1672. citasset generatim omnes Regulares ad sæcularium confessiones approbatos ad novum examen subeundum à 20. mensis Maij, revocans ex tunc, eo statim elapso, omnes approbationes ad administrandum Pœnitentiæ Sacramentum anteà sive per suos Prædecessores, sive Vicarios Generales datas

sed

ſed illud edictum paulò pòſt fuit ab ipſomet Dno. Epiſcopo retractatum. Causâ enim Pariſios delatâ, & coram Rege Christianiſſimo diſculsâ, Domini ab eo delegati edictum iſtud improbarunt; ſuper quo etiam ipſum D. Epiſcopum ſeriò admonuit Illuſtriſſ. Dominus Apoſtolicus in Gallia Nuntius. Tandem à prædictis DD. Delegatis ordinatum eſt, ipſo Rege approbante, quòd Confeſſarij Regulares generatim obligandi non ſint ad novum examen. Honori autem ipſius Domini Epiſcopi conſultum fuit per additamentum de data 28. Septemb. hujus anni 1672. ſequentis tenoris: *Quòd Confeſſarij Regulares iſtius Diœceſis præſentent ſe Domino Epiſcopo die ab ipſo ſtatuendâ, exhibituri admiſſiones ſuas, ac approbationes ad adminiſtrandum Sacramentum Pœnitentiæ, ut illis provideatur per examen, quibus id neceſſarium eſſe judicaverit pro majori conſcientiæ ſuæ quiete. Salvo tamen, ſi de ſuper conteſtatio fieret, vel appellatio.*

Diſertiſſimè autem declaratum fuit à Regijs Delegatis (id quod & Dominus Epiſcopus admiſit, & ſeſe obſervaturum addixit) aliquos in particulari & illos ſolos denuò examinari poſſe, qui vel limitatè approbati antè erant; vel ſint notæ ignorantiæ, vel vitæ ſcandaloſæ juxta con-

sus Leo in fine 2. part. de Indulg. Caspensis tract. 24. de poen. Peyrin. in constit. Sixti IV. n. 45. Barbosa de potest. Episc. allegat. 25. n. 30. & in collect. ad Trid. & alibi. Scroffa q. 36. art: 3 Francisc. Cesped. de Exempt. Regul. dub. 110. Chochier de jurisdict. ord. in Exemt. tom. 1. p. 4. q. 35. Sellius in select. can. cap. 14. n. 84. Aldanus in collect. ad Trid. sess. 23. cap. 15. de reformat. Carol. Antonel. lib. 7 de Regim. Eccl. Episc. cap. 42. Bordonus tom. 1. Resol. 36. n. 15. & alij communiter.



CAPUT. XIII.

Exequiæ funerum, quæ apud Regulares sepeliuntur, in ipsorum Ecclesijs, non in Parochialibus fieri debent. Nec potest per Diœcesanos contrarium statui.

A Nemine uno in dubium vertitur, quin sæcularibus quibuscumque fas sit, tam per juris communis, quàm Pontificiorum indultorum dispositionem, inconsultis Parochis liberam sibi in Regularium templis,

claustris, vel cœmeterijs eligere sepulturam, adeò id omnibus certum est; & exploratum, ut supervacaneum foret ad id comprobandum adducere, vel antiqua, vel recentia documēta, ac momenta, quæ apud infrascriptos Authores passim obvia sunt, ac in promptu. Illam dum apertè aggredi, ac directè impedire non audent, qui, *propriæ aviditati subtractum reputant, quidquid prædictis fratribus fidelium pietas elargitur*, cap. *Nimis iniqua*, de excessibus Prælat. eam illis prorsus inutilem, ac fidelibus populis servilem nimis, ac gravem reddere, obliquis, ac Indirectis studijs ubique, & incessanter satagunt. Nam: ut refert Pius V. in Bulla. *Etsi Mendicantium* §. 20. 38. & 39. *Aliqui in quibusdam partibus volunt, ut non solum jus sepulturæ* (scilicet quarta funeralis, quam sacri Canones *justitiam Parochialium Ecclesiarum* appellant) *solvi consuetum, quòd semper solvitur, neque denegatur* (imò auctior redditur juxta pactorum stipulationes, vel legitimas locorum consuetudines) *sed etiam omne illud, quod Ecclesijs Ordinum ad eorum libitum, partes dant, quando sepeliuntur ibi Defunctorum corpora; id totum curatis etiam de novo solvatur; instanter conantur, impedientes ne aliter corpora Defunctorum ad monasteria Fratrum deferantur: unde in hoc maximè tam patres, quàm ipsos*

Fra-

Fratres gravari contingit. Alij verò mortuorum officia in Regularium Eccleſijs peragi nolunt, niſi cum ipſorum præſentiâ. Et, ſi aliquem ipſi ſciverint in Regularium Eccleſijs ſepulturam elegiſſe; eum, ut dicitur, non antè ad ipſas deferri ſinunt, quàm ad Parochi Eccleſiam delatum, inibique officium peractum fuerit.

Alij, ne videantur, velle gravare hæredes Defunctorum, provincialia ſtatuta, vel ab Ordinarijs locorum edicta condi, & cudi procu- " rant, quibus declaratur eſſe in poteſtate Pa- " rochorum, rejectâ redemptione funerali " (ex pacto legitimo, & conſuetudine fie- " ri ſolitâ) compellere eos, quibus exequi- " arum cura incumbit, ut eas fieri curent " in propria ipſius Defuncti Eccleſia pa- " rochiali. Ne iſta tamen declaratio verge- " ret in gravamen familiarum, moneantur " Superiores Eccleſiarum, in quibus, relic- " tâ propriâ parochiali Eccleſiâ, ſepeliuntur, " ut caveant alias ab illis, qui per dictas " jam exequias ſunt onerati, adhuc exe- " quias efflagitare; ſed ſolo ſepulchralis com- " mendationis officio contenti debeant ma- " nere. Per quæ, uti & per his ſimilia ecquis non advertit omnem ſepulturæ libertatem ſubrui, ac everti? In contemptum Apoſtolicæ Sedis; ac SS. Canonum, & in

mitteri eadem cadavera ad januam Ecclesiarum, ibique solùm posse benedicere, & dare ultimum vale. Et utramque ipse confirmat, ac ubique inviolabiliter mandat observari.

His suppositis 1. statuendum est, ac stabiliendum: corpora Defunctorum, qui apud Regulares sepulturam elegerunt, neutiquam ad Ecclesiam parochialem priùs, sed recto tramite à suis ædibus esse deferenda ad Regularium Ecclesias, & contra facientes reatum gravium culparum, ac pœnarum incurrere.

Ad quod probandum, præter ea quæ copiosè, & nervosè adducit Guiliel. Seguier Ord. Pærd. S. T. Doctor. in duplici egregio, de ista re, tractatu: (cujus uni titulus, *Præludium defensionis* alteri, *Pharetra defensionis FF. Mendicantium*) Imprimis facit Benedictus XI. in Extravag. *Inter cunctas* de Privileg. jubens *ut corpora Defunctorum, qui apud eorundem Fratrum loca elegerint, dum viverent, sepulturam, processionaliter cum Cruce, thuribulo, & aquâ benedictâ cantando, seu legendo officium mortuorum, vel Psalmos, & alienas ingredientes* Parochias possint assumere, & ad suas deferre Ecclesias tumulanda. *Hæc autem sepultura* juxta Glossam Card. Ioannis Monachi, *libera dici non potest, si Curatus velit corpus priùs, ad Ecclesiam su-*

 am

am deferri, quod servitus est, prout disertè definivit Eugenius IV. 1446. Bul. *Dum Salubria*, his verbis: *Districtiùs inhibentes universis, & singulis Diœcesanis locorum, & Parochialium Ecclesiarum Rectoribus, ac Christi fidelibus Ecclesiasticis, ne vos, quò minùs in quibuscumque domibus, seu locis ubilibet consistentibus vestris, inibi sepeliri eligentium liberam habeatis sepulturam, atque cadavera Defunctorum de loco, in quo erant, ad domos, seu Ecclesias vestras, absque eo quòd prius, juxta quarundam partium consuetudinem, quam velut corruptelam penitùs reprobamus, ad Parochiales, seu alias Ecclesias, deferantur, deferre, & deferri facere valeatis, impedire per se, vel per alios, directè, vel indirectè præsumant.* Et ante ipsum Bonifacius IX. an. 1399. Bul. *Dum sancta* idem sanxerat. *Nonnulli Ordinarij, & Parochialium Ecclesiarum Rectores, quandoque corpora Defunctorum, qui dum agerent in humanis, apud vestra loca elegerunt sepeliri, ad Ecclesias, de quarum Parochijs assumuntur, contra antiquam consuetudinem procurant, & faciunt ex radice cupiditatis per commotiones & strepitus, de facto deferri, &c. Nos itaque vobis concedimus, quòd possitis liberè, & licitè ad sepulturam hujusmodi deferri facere, absque eo quòd priùs ad dictas Parochiales Ecclesias deferantur.* Posteà Sixtus IV. idipsum in Mari magno Ordinum Mendicantium Ann. 1474. expressè ita declarat:
Vt

Vt igitur litibus, quæ exinde oriuntur, aut quomodolibet in futurum oriri poterunt, motu, scientiâ, & auctoritate prædictis obviemus, declaramus libertatem hujusmodi intelligi debere etiam quoad hoc, ut Fratres ipsi nullius super hoc petitâ licentiâ Parochias, in quibus corpora prædicta forent, cum Cruce processionaliter ingredi, & corpora ipsa levare, & ad eorum Ecclesias sepeliendo deferre possint, &c. Nec cogantur inviti etiam prætextu cujusvis consuetudinis ipsi, vel Defunctorum consanguinei illa ad Parochiales Ecclesias, aut alia loca deferre, & cum illis, vel sine, inibi celebrare, vel celebrari facere pro eisdem Defunctis aliqua divina Officia, ante, vel post sepulturam eorundem. Imò Iulius II. ann. 1507. transactionem factam à P. Provinciali Minimorum, ac Fratribus Domûs de Abbatis-villa nuncupatæ, cum Decano, & Capitulo S. Ulfrani, (nempe *quòd de cætero corpora eorum, qui apud Ecclesiam dictæ domûs de Abbatis-villa eligerent sepulturam, primò ad dictam Ecclesiam S. Vlfrani deferri deberent*, ibique officio facto, dein ad Ecclesiam Domûs de Abbatis-villa deportari) declaravit nullius esse valoris; & mandavit penitùs annullari; *quia transfactio erat contra tenorem privilegiorum eidem Ordini concessorum facta.*

His adstipulatur etiam B Pius V. an. 1571. Bul. *Ad hoc nos Deus.* In qua acriter reprehensis loco-

locorum Ordinarijs, alijsque impedientibus, ne Fratres corpora Defunctorum, qui in suis Ecclesijs sepulturam elegerunt, directè ad suas Ecclesias è domibus deferant, sed cogunt priùs deferri ad Parochiales Ecclesias, ibique priùs funeris officium peragi, retentis funeralibus, aut pro his persolutis pecunijs per hæredes Defunctorum, decernit (*quòd Fratres ipsi quæcumque corpora Defunctorum, qui se in eorum Ecclesijs sepeliri ordinaverint, vel si à Defunctorum hæredibus, sive curam funeris habentibus, vocati, fuerint, ipsorum Fratrum Cruce elevatâ, etiam sine dictorum Canonicorum, ac Capitularium Præsonarum, nec non Curatorum, vel aliorum Præsbyterorum interventu, ex ipsorum Defunctorum domibus levare, eaque accipere, & associare, ac ad ipsorum Fratrum Ecclesias directè deferri, & in eorum Ecclesijs (non tamen tempore interdicti) sepeliri facere, salvo dumtaxat iure Parochiali: Nec Fratres ipsi ad alterius cujusvis contrariæ consuetudinis, usus, sive moris, observationem teneri, vel super præmissis à quoquam quâvis authoritate, molestari, seu perturbari, possint vel debeant; concedimus.* Conformiter prorsus ad suam constitutionem, *Etsi Mendicantium*, cujus omnia decreta in præfata Bul. confirmat.

In vim autem istarum Constitutionum soliti semper sunt judices Cameræ Apostolicæ

licæ & Auditores Generales, executorialia expedire diplomata ac mandata. Quale est illud, quod Io. Dominicus Spinola Audit. Gen. publicavit 20. Maii 1612. in specie, super libertate sepulturæ apud Regulares electæ, in vim privilegiorum concessorum à summis Pontificibus, inter quos ibid. nominatim enumeratos, etiam recensens Pium V. subjungit: *Quia nonnulli Parochi in aliquibus civitatibus, & Diœcesibus Germaniæ inferioris, & forsan alij in executione præsentium nominandi, nescitur quo jure, prætendunt Fratres dicti Ordinis, & civitatum prædictarum gravare, ut priùs cadavera unà cum funeribus ad eorum Ecclesias sæculares deferant. Ideo ad instantiam Reverendissimi* P. &c. harum serie, *præcipimus, & mandamus omnibus, & singulis supradictis, & cuilibet eorum, ne sub jam dictis pœnis, sententijs, & censuris audeant, seu eorum aliquis audeat, seu præsumat, dictos Fratres de & supra prædictis, & quemlicet eorum aliquo modo molestare, vexare, perturbare, & impediri, seu molestari, perturbari, & impediri facere.*

Pro eadem re similia executoria dedit Octavian. Raggius Auditor Gen. Iudex Ord. & sententiarum Apostolicarum universalis Executor 6. Iunij 1640. qui recitans declarationem S. Congregat. 14. Ian. 1639. hujus tenoris

noris S. Congregatio censuit: *Defunctorum cadevera in Ecclesijs dictorum Fratrum sepelienda ab ædibus Defunctorum ad eorundem Fratrum Ecclesias recto tramite deferri licitè posse, &c.* Eam mandat sub gravissimis pœnis inviolabiliter ab omnibus observari, ac executioni mandari. Iisdem verbis mandat Marius Theodulus pariter Auditor Gen. &c. per suum monitorium 21. Iulij 1642. & novissimè Prosper Caraffellus item Auditor Generalis, &c. de quo cap. sequenti.

Prœter illa autem S. Congregationis decreta, hactenus allata, & illa etiam, quorum mentionem ingerunt præfata monitoria, profert insuper Pasqualigus in addit. Lauret. p. 2. n. 1591. & 1592. alia quatuor. Unum in Umbriaticensi 25. Feb. 1506. Alterum in Ponin. 21. Maij 1618. & tertium 14. Feb. 1639. Ultimum verò de mense Iulij 1641. quod sic decidit: *Auditis patribus S. Congregatio, juxta alias resoluta respondit, Corpora Defunctorum, qui in Ecclesijs Regularium sepulturam sibi elegerunt, non esse priùs ad Ecclesiam parochialem deferenda,*&c.

Cùm igitur illa Defunctorum, qui in Ecclesijs Regularium sepeliendi sunt, ad parochialem Ecclesiam dilatio, & per jus commune, & tot specialia summorum Pontificum statuta, & tam multiplicia, ac constantia

SS.

SS. Congregationum decreta, & decisiones Apostolicorumque Iudicum sententias, ac, mandata executorialia, severissimè sit prohibita, & reprobata, perspicuum est talem delationem fieri non posse sine prævaricatione, & contemptu authoritatis Apostolicæ, violatione manifestâ jurium, ac privilegiorum sacris Mendicantium Ordinibus legitimè indultorum; ingenti præjudicio fidelium, & læsione libertatis, quam habent ad eligendam sibi, suisque sepulturam: adeoque mortaliter peccari, illosque ad hæc gravissimis pœnis ac censuris innodari, qui ad hujusmodi funerum delationes, invitos cogunt quocumque prætextu.

2. Statuendum: non posse ab Ordinarijs locorum aliquid prædictis contrarium statui, uti nec condi edictum, quale hîc suprà descriptum: quo caveatur, ut exequiæ eorum, quorum corpora apud Regulares sepeliuntur, in Ecclesia parochiali fieri debeant, nec liceat Regularibus, ut aliàs apud se fieri postulent; sed solâ sepulchrialis commendationis perfunctione contentos ipsos esse oporteat.

Id quod facillimum est demonstrare. Ex hactenus enim dictis constat ita fidelibus omnibus indultam esse, libertatem eligendæ

ſibi apud Regulares ſepulturæ, ut in nullius poteſtate ſit quidquam ſtatuere, vel attentare, quod iſtam libertatem lædere poſſit, vel violare. Et propterea nequit per ullum ſtatutum, ſive ſynodale, ſive Epiſcopale hoc ordinari; ne ullus ſæcularium eligat ſepulturam, vel funebre officium fieri curet, ſine licentia Epiſcopi, vel Parochi, ſed quòd ſepultura fiat in ſepulchris Majorum, vel Eccleſiarum Parochialium cum officio funerali; quia hoc eſt contra libertatem fidelium, & eligendæ ſepulturæ. Cap. *Vniquæque* 3.q. 2. cap. 1. de ſepult. ibi Gloſſ. *Propriam.* cap. 7. *De uxore.* cap. *In Natura* eod. ubi Canoniſtæ, cum Navar. Bordon. alijsque poſteà referendis Atqui ſatis patet non minùs, imò magis illam libertatem lædi, ſi quicquam prædictorum ſtatuatur, cùm per hoc fideles plùs juſto graventur, & ſepultura apud Regulares difficilis, moleſta, ſumptuoſa, adeoque exoſa reddatur; igitur hoc non eſt in poteſtate Ordinariòrum Unde Urbanus VIII. in ſuo Brevi, *Cùm ſicut.* dato xi. Maij 1638. rectè advertit talia onera, gravamina, ac extorſiones *fieri prò impediendà libertate electionis ſepulturæ in Eccleſiis Ordinum mendicantium.* Et dudum antè improbavit Paulus V. 25. Iunij 1608. his verbis: *In maximum domorum, & monaſteriorum præindici-*

dicium; eo quòd multi duplici huiusmodi funerum impensa, & difficultate territi in dictis Regularibus Ecclesijs sepulturam eligere nequeunt; unde fit, vt dict. Ord. Ecclesias mortuorum sepulturis, & consequenter eleemosynis etiam quæ in suffragium animarum fieri consueverunt, paulatim destitutas iri verendum sit. Confirmavit illa de verbo ad verbum Vrbanus VIII. anno 1624. apud. S. Petrum 12. Kalend. Aprilis. Et simile etiam antè statuerat Clemens VIII. an. 1604. apud S. Petrum 28. Ianuar.

Nec refert, si dicatur: ad hoc ut non fiant extorsiones, nec majora expensarum onera, cautum esse; ne peractis in Ecclesia parochiali exequijs, non possint aliæ à Regularibus fieri, vel efflagitari.

Illud ipsum namque est in maximum Regularium præjudicium, qui habent jus, ut à semetipsis, & neutiquam à Parochis officia, exequiæ, ac omnia munia fieri solita peragantur: sicut constituerunt suprà relati Pontifices, Clemens IV. Eugenius IV. Sixtus IV. Leo X. Pius V. Urbanus VIII. Innocentius X. Quorum omnium una hæc sententia est, & definitio, quam recenter S. D. N. Clemens X. in supra-relato Brevi, *Nuper pro parte*, sic ex decreto S. Congregationis expressit, & præcipit: *Officia & alia munia, quæ in huiusmodi ministerijs*

nisterijs (exequiarum) *adhiberi solent, ab ipsis Regularibus peragi debere, non autem à Parochis.* Idem repetit in altero Brevi citato, *Aliàs pro parte*: districtè mandans, ita *omninò deinceps observari, fieri, non obstantibus, &c.* Hinc Urbanus VIIJ. Constitutione, *Nuper pro parte*, de 25. Iunij 1633. vetuit ullas omninò parentationes, Missas, Officia qualiacumque per Parochos pro suis Ecclesijs extorqueri juxtà sententiam S. Congregat. quam præmittit, & confirmat: quæque sic sonat: *Instantibus declarari, an Curati possint cogere hæredes, seu Executores testamentarios, ut pro Defunctis, qui tumulantur in Ecclesijs Regularium in Ecclesijs etiam Parochialibus celebrari faciant officia, Novenalia, & Anniversalia, prout celebrantur in Ecclesijs Regularium, in quibus cadevera sepeleuntur? Et sacra Rituum Congregatio respondit, non posse cogere.*

In ejusdem rei confirmationem faciunt aliæ S. Congregat: decisiones. Vna data 27. Novemb. an. 1638. in hæc verba: *Officia super cadaveribus sepeliendis in Ecclesijs dictorum Fratrum, & reliqua, quæ in huiusmodi ministeriis, adhiberi solent, spectasse, & pertinuisse, spectare, & pertinere ad ipsos Fratres, non autem ad dictum præpositum*: quam cum pluribus alijs executioni mandavit prænominatus Marius Theodulus. Item alia relata, & jussa observari à

præ-

præfato Octav. Raggio hujus tenoris: *Die 3. Decembris 1639. Sacra Congregatio Eminentiſſ. Cardinalium Concil: Trident. Interpretum cenſuit quoties cadavera Deſunctorum ad Eccleſias Fratrum Mendicantium deferuntur, Officia mortuorum, & reliqua quæ in hujusmodi miniſterio adhiberi ſolent, non à Canonicis, neque à Clero, ſed à Fratribus obiri, & peragi debere. l. B. Cardinalis Pamphilius, Franciſcus Paulutius S. Congreg. concil. Secret.*

Idem præterea ita decidit S. Congregatio 14. Ianuar. 1639. apud Marium Theodulum ipſi ſuprà, *Hæredes Deſunctorum non poſſe cogi, aut vexari illis parentare in Parochialibus, & alijs Presbyterorum Eccleſijs.* Et item 19. Martij ejusdem anni decernens, quòd, *quoties cadavera Deſunctorum ad Eccleſias Fratrum Mendicantium deferuntur, Officia mortuorum, ac reliqua, quæ in hujiuſmodi miniſterio adhiberi ſolent, non à Canonicis, neque à Clero, ſed à Fratribus obiri, ac peragi debere.* Coſm. Card. de Torreſ. P. Fagnanus.

Pro quibus demùm clariſſima etiam extat ſententia, & ſanctio Innocentij X. in Brevi ſuo. *Exponi*, edito 6. Februar. Ann. 1645. hoc verborum tenore: *De venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Præpoſitorum negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum*

rum

rum, & Regularium consilio Parochialium Ecclesiarum Rectoribus, seu Curatis, ne cogant invitos alia divina officia celebrare in Ecclesiis Parochialibus, pro mortuis qui sepeliuntur, apud eosdem Fratres Carmelitas, quam quæ pia Difunctorum, vel hæredum liberà voluntate, fuerint postulata, Apostolicâ Authoritate tenore præsentium interdicimus, & prohibemus. Non obstantibus. &c.

Et hæc omnia profectò fundata sunt in ratione, & æquitate, quæ dictat quòd illi qui sese strenuissimos, ac indefessos Parochorum cooperatores, noctu diuque exhibent, assiduis prædicationum subsidijs, Sacramentorum, Eucharistiæ, ac Pœnitentiæ administratione sublevant, ægrotantibus eorum Parochianis, vel aliàs laborantibus quàm diligentissimè assistunt, ac omni solatio ac remedio succurrere, illa saltèm officia pro suis assiduis vigiljs, precibus, studijs, laboribus, ac sudoribus paragere possint, & stipendia recipere, quæ leberæ sepulturæ fidelium sunt annexa, qualia sunt exequiæ, & omnia officia funeralia: nam illa fiunt, & sunt propter sepulturam: ac ea-propter Parochis illa jure deberi, nec posse justè privari, quando in Parochialibus Ecclesijs sepultura defuncti fit, quisquis ille fuerit, & undecumque asportatus sit, in confesso est

eſt. Neutiquam proinde nec obligari poſſunt Regulares, ut ſolo commendationis ſepulchralis officio contenti eſſe debeant, ſed juſtè petere poſſunt exequias, ac reliqua officia apud ſe fieri, ad quæ tantùm, & tam clarum jus habent.

Prætereà videtur eſſe contra juſtitiam, quòd exequiæ eorum, qui ſepulturæ mandantur apud Regulares, jubeantur, & cogantur in parochiali Eccleſia fieri à Parochis, quia tunc hoc officium, ejuſque ſtipendium eis nullo modo eſt debitum, imò præter quartam funeralem à jure communi, vel conſuetudine taxatam, vel legitimis pactis ſtipulatam, quâ contenti eſſe debent, quippiam ampliùs exigere, Apoſtolicâ Authoritate, & legebus ſeverè inhibitum eſſe, liquet. Tum ex allegatis hactenus pontificijs conſtitutionibus; tum Clementis VIII. conſtitutione *expoſitum.* de 28. Ian 1604. tum eidem conſono Vrbani VIII. Brevi antè relato, *Cum ſicut delectus*, & ejusdem omninò tenoris Bulla S. D. N. Clement X. *Aliàs pro parte*, ſuperius memorata. Item ex litteris executorialibus, Propſ. Caffarelli ſuprà citatis, quibus diſtrictè inhibetur Eccleſiarum Rectoribus, *ne præſumant officia multiplicare, aut quartam duplicare, ſeu aliam portionem*

tionem prætendere, præter illam quæ illis debetur in præcisa die associationis, prout suprà continetur, & habetur. Denique ex decreto S. Congregationis quæ 21. Martij 1642. in una Materan resolvit. *defuncti Hæredes non posse obligari ad majorem eleemosynam, quando sepultura fuerit electa in Ecclesijs Regularium, & quod in tali casu non teneantur solvere aliquid ultra quartam funeralem.* Quod signantius expresserat. 16. Augusti 1641. determinans non licere Parochis accipere unum scutum ultra quartam funeralem ab illis, qui eligunt sepulturam in Ecclesijs Regularium; ut videre est in Lezana V. sepult. n. 5.

Nihil igitur tunc ijs jure debetur præter quartam funeralem; ergò si plus exigitur, contra jus & justiam, & debitum æquitatis exigitur. Siquidem præcitatæ sanctiones sunt declarationes juris communis, imò naturalis, prout asserunt, ostenduntq; Bordon. Resol. 51. Peyrin. tom. 3. cap. 4. num. 8. alijque, quòd vetat aliquid extorquere ultra jus, & debitum parochiale. Adeòque per nullum statutum Episcopale, seu synodale Parochis liberum, vel licitum fieri potest; quòd non debeant esse contenti jure suo quartæ funeralis; sed quòd liberum eis sit hæredes Defunctorum cogere, ut in parochiali

chiali

hiali Eccleſia exequias fieri curent.

Præterquam etiam, quòd nullum tale ſtatutum quicquam valeat, in vel contra legem Superioris; adeòque cùm ſufficientiſsimè conſtet de decretis, & legibus Apoſtolicis; quidquid contra eas ſtatuitur quâcumque authoritate, nullius eſt roboris, vel momenti ſed totum irritum prorſus, & inane.

Neque enim habent epiſcopi ullam poteſtatem condendi ſtatuta, vel quascumque faciendi diſpoſitiones contra decreta Apoſtolica, & pontificias conſtitutiones. Omnis namque illorum poteſtas ad ferendas pro ſuis Diœceſibus leges, eſt ſubordinata ſummo Pontifici, ac ab illo dependens: quam ipſe limitare poteſt, ac reſtringere: & quod ab illis eſt ordinatum, & ſtatutum, abolere, & irritare: ut multis oſtendit Fermoſinus q. 9. n. 24. & q. 10. n. 11. in 1. lib. decretal. citans Dianam, Ariagam, aliosque: & ſic de facto Apoſtolica Sedes annullavit, & invalidavit, quidquid contrarium privilegijs Regulatium ſtatuitur: prout clarè patet ex Bulla aurea Sixti IV. ſuperiùs adducta pag. 69, quâ ſub pœnis inibi taxatis *diſtrictiùs inhibet locorum Ordinarijs, ne perſonis quibuslibet Eccleſiaſticis, vel ſæcularibus in genere, vel in ſpecie, directè, vel indirectè aliquid inhibeant, præcipiant*

cipiant, ordinent, vel statuant, quò minùs Ordines prædicti gratijs eis concessis liberè uti possint, non obstantibus &c.

Hinc alij hucusque adducti Pontifices statuta sua circa liberam sepulturam ediderunt, & observari ab omnibus etiam locorum Ordinarijs jusserunt, *non obstantibus quibuscumque statutis, & Synodalibus Concilijs editis, vel edendis* &c.

Vnde consequens ulteriùs est, tale edictum, vel statutum nedùm illicitum esse utpotè contrarium libertati sepulturæ, & graviter læsivum juris, & privilegiorum, quæ Regulares justè possident; verùm etiam invalidum, & nullum. Cùm directè repugnet constitutionibus Apostolicis: sive ut Pius V. in diplomate suo, *Romanus Pontifex*, loquitur *in non modicum libertatis Ecclesiasticæ, & hæredum dictorum Defunctorum præjudicium, damnum, detrimentum, & Sedis Apostolicæ mandatorum spretum, & vilipendium.*

Ita passim, & communiter censent, & sentiunt Doctores Theologi, & Canonistæ. S. Antoninus 3. p. sum. Theol. tit. 10. cap. 4. §. 7. Panormitan. in cap. *Liberum*, de sepult. & ibid. Petrus de Anhorano. Engelbert. Cutificis, in defensor. Privil. Ord. Mend. Bonifac. de Vitallinus in Clement. *Dudum*

de

de ſepult. Angelus, Roſella, Tabien. Barthol. Fum. Sylveſter V. ſepult. ubi adducit. Oldradum, Geminian. Cardinal. Ioan. de lign. Rodrig. tom. 3. qq. Regul q. 58. a. 3. & alij quos ingenti numero recenſent Barboſa in collect. ad Concilium Trident. de poteſt. Epiſc. & officio Paſt. Tamburinus, Paſqualigus, Lezana, Peyrinis, Bordonus, Petrus de Murga, Guiliel. Seguier, ſæpius commemorati, apud quos fuſiùs deducta, & explanata videri poſſunt, quæ hîc compendioſiùs brevitatis ergô ſunt tradita.



CAPUT. XIV.

Quarta Funeralis non niſi de illis debetur, quàm quæ cum funere deferuntur.

QUæ præcedenti cap: dicta ſunt, brevi compendio complexa eſt S. Congregatio negot: Epiſ: & Regul: præpoſita, ſuâ deciſione in una Nicoteran: 5. Iun 1615. de qua Murga p. 3. q. 7. de ſepult. n. 6. ita teſtatur " illam penes me authenticam " habeo inſertam quidem in litteris Apoſ-

" tolicis de mandato Urbani VIII. a Julio
" Sacchetti, ejus & Apostolicæ Sedi Lega-
" to à latere emanatis, in dictæ, & aliarum
" declarationum executionem 15. Octob.
anno 1625. in litteris autem Apostolici executoris hispano idiomate scriptis, & in Latinum translatis hæc habentur.

Mandamus Regularibus ne cum cruce alta & processione possint intrare parochias ut ferant ad sepeliendum defunctos, nisi præsente & exspectato Parocho, excepto si dictus Parochus ad hoc dederit licentiam vel si exspectatus & requisitus, venire noluerit. Et ut Parochi Clerusque sæculares in sepulturis & comitatibus defunctorum, qui sepelienter in Ecclesijs Regularium, illos portent usque ad portas Ecclesiarum Regularium, & in ingressu illarum relinquant ibi corpora defunctorum. & districtè prohibemus Parochis & Clero immiscere se funeri, cantare, & recitare super corpora officium defunctorum psalmos, responsoria, aut alias actiones, aut preces, quia totum hoc pertinet privativè ad solos Regulares, in quorum Ecclesijs defuncti sepelientur. Et mandamus Parochis & Clero quando transportant & ferunt ad sepeliendum corpora defunctorum ad Ecclesias Regularium vadant rectâ viâ ad illas sine eo quod transeant primo per Parochiam ad petendum vltimum vale. & si requisitis & exspectatis à Regularibus Clero & Parochis prætenderint equidem trans-

transgredi decretum, aut noluerint venire, tali casu possint Regulares etiam invitis Parochis, & contra eorum voluntatem transportare & ferre corpora ad suas Ecclesias & quod in funere sepultura, & officio defunctorum sola crux illius Ecclesiæ in qua defunctus sepelietur, erigatur, feratur, & ponatur. Et casu quo contingat sepulturas fieri in Ecclesijs Monalium Regularibus subiectarum, sit cum expressa licentia superioris & Confessarij dicti monasterij, qui debet esse præsens sepulturæ & officio, & non aliter. Et quod hæredes defunctorum possint libere curari dici vnum aut plura officia, Missas, & totum reliquum perinens ad funus in Ecclesijs Regularium, absque eo quod sint obligati ad curandum aliud simile fieri in Ecclesijs Parochialibus. Et cum eadem libertate possint vocare Regulares quos voluerint ad sepulturam absque eo quod sint obligati invitare totidem Clericos. Et quod Parochi & Clerus non possint petere a Regularibus maiorem portionem, aut aliud quid, nec de consuetudine præter quartam funeralem, conformiter ad S. Concilium. Et quod istam quartam funeralem aut portionem canonicam, vbi a quadraginta annis expressis in Concilio non fuit consuetudo illam solvendi, Regulares non solvant, nec ad hoc obligentur, nec Parochi & Clerus possint illam petere.

Vbi verò non est solitum solvere dictam quartam sive ante sive post Concilium Trid. liberi sunt Regulares a solutione istius

per

per ius ſpeciale privilegiorum, quæ indulſerunt Nicolaus V. an: 1447. Alexander VI. an. 1501. Iulius II. an. 1506. & 1511. Leo X. 1518. Clemens VII. 1524. Paulus III. 1544. Paulus IV. an. 1555. Pius V. an. 1567 Clemens VIII. an. 1595. & Paulus V. an 1605. decidit Rota 15. Ian. 1618. in una Licien: Quarta funeral. ex decreto S. Congreg: interpret: & addit. *Nec obſtat Concilium Trid: ſeſſ. 25. cap. 13. de reform. ut declaravit Smus. Pontifex Pius V. in ſua conſtitutione de anno* 1567. Quænam vero ſint funeralia, quibus quarta detrahi poteſt, uno verbo comprehendit Benedictus XI. B. *Inter cunctas* dicens *Funeralia intelliguntur, hoc caſu, quæ cum funere deferuntur*, ut ſunt faces, cerei, funalia vel intortia, quæ circumcirca ſandapilam geſtari ſolent.

Præter quæ contingit quandoque ſed rarò Regularibus proceſſionaliter præcedentibus in quorum Eccleſia cadaver ſepeliendum, etiam cereos in manus dari, de quibus ſimiliter prætendunt interdum quartam Parochi, tametſi ad illam nullum prorſus habeant ius. Sicut nullo negotio demonſtrari poteſt. Cum id ex jure communi ſit plane evidens. In ſua enim Extravag: de Privil. cap. *Inter cunctas* Benedictus XI.

ita pronuntiat. *Iubemus ut corpora defunctorum, qui apud eorumdem Fratrum elegerint, dum viverent ſepulturam, proceſſionaliter cum cruce, thuribulo, & aquâ benedicta, cantando ſeu legendo officium mortuorum, vel pſalmos, & alienas ingredientes paræcias, poſſint aſſumere, & ad ſuas deferre Eccleſias tumulando.* Vbi manifeſtum eſt ſermonem eſſe de iſtis ſpeciatim Regularibus ad quorum Eccleſias defuncti corpus defertur ſepeliendum, non verò de alijs Religioſis qui funus in corpore comitantur ad id honoris gratia vocati. De illis igitur, non de his loquitur dum ſubdit. *De candelis verò, quas Fratres portant, portio non petatur.* Et ne reponi poſſit, illam conſtitutionem eſſe revocatam, id ipſum multo expreſsius innovavit, & confirmavit Sixtus IV. in mari ſingulis mendicantium ordinibus proprio, interdicens &c. *Ne in aliquo caſu de candelis, quæ ad manus Fratribus dantur, quarta aliqua quomodolibet detrahatur.* Quo iure igitur illa exigi poſſit? Imo illam ne quidem de candelis vel funambuſis ſodalitatum funera aſſociantium detrahi poſſe declaravit *S. Congregat. Card*, negotiis *Epiſcop. & Rgular. præpoſita.* Quando, *ſub die 5. Martij* 1616. *à Parochis Montis S. Petri Angelorum, Ermanæ Diœceſis conſulta, Eminentiſsimo Domino Lanceloteo referente*

rente respondit, intortiorum seu cereorum confraternitatum secularium funera associantium, quartam funeralem minimè deberi. Quæ etiam non debetur de cereis & candelis, quæ dum officia Missarum fiunt in dictis Ecclesijs, corpore adhuc ibi super terram existente, in altaribus ardent, vel ad offertorium deferuntur: uti cum Megala & Pasqualigo probant Bordonus Resol. 51. N. 18. Guitier: de iuramento confir. p. 2. cap. 4. n. 3. asserens ita definivisse Pium V. Et ratio est manifesta. Nam illa de quibus quarta peti iure potest, juxta expressam definitionem Benedicti XI. *Funeralia intelliguntur hoc casu quæ cum funere deferuntur*, illas autem candelas, quæ altaribus imponuntur pro Missarum Sacrificijs, cùm funere non deferri, notorium est, non veniunt ergo inter funeralia computandæ atque adeò de illis nulla quarta debetur, hæc enim tantummòdò de funeralibus debetur.

Nec huic aliqua concordata seu pacta cum Parochijs inita possunt præiudicium inferre quamtumvis stipulatum in eis esset generali nomine de cera quartam esse pendendam. Licet enim iuxta decretum Bonifacij VIII. in cap. *Quia ex eo* de pactis, fateamur, *compositiones, & pacta huiusmodi cum*

Præla-

Prælatis, capitulis & Rectoribus, & personis prædictis, ab ipsorum Fratrum conventualibus, Prioribus seu Guardianis facta vel approbata, de suorum conventuum consilio, & assensu, dum tamen aliàs sint licita & honesta debere ab ipsis Fratribus, in locis in quibus fuerint factu, perpetuo, inviolabiliter observari; non obstante, quod Magistri vel Ministri, aut Priores Generalium seu Provinciam non intervenerit, in eisdem assensus, nec ab ipsorum veneralibus, vel provincialibus capitulis extiterint approbata.

Cui capitulo credunt aliqui esse derogatum per constitutionem Julij II. datam Romæ 29. Martij an. 1507. sub annulo Piscatoris quæ incipit Aliàs venerabilem) licet inquam fateamur hujusmodi pacta esse observanda etiam propter constitutionem Leonis X. datam in Concilio Lateranensi, illoque approbante die 19. Decemb. an: 1516. quæ incipit *Dum intra mentis*, ubi §. 9. sancitur, & præcipitur. *Pacta & conventiones intra eosdem Fratres, & Prælatos, atque curatos pro tempore inita, valeant: nisi per subsecutum capitulum proximum Generale, vel Provinciale refutata & per eos refutatio huiusmodi intimata debito tempore fuerit*

Attamen inde consequens nequaquam est, isto generali nomine, Ceræ, in pactis posi-

ſito venire indiſcriminatim omnem & quamcumque ceram ſeu cereas candelas: nam pacta illa ſolummodò ineuntur ſuper illis rebus, de quibus quartam petere Parochi de iure poſſunt, & non ſuper alijs, alioquin ipſi exigerent & extorquerent conventiones ſuper rebus ad quas exigendas ius nullum haberent. Liquidò autem ex antedictis conſtat, quod ad cereos, quos Regulares in quorum Eccleſijs, electa eſt ſepultura defuncti, manibus geſtant, nullum ius quartæ habeant Parochi, ſed quod per ius commune à quarta funerali debita patenter excipiantur, ſicuti etiam ab illa excipiuntur candelæ ſodalitatum funus aſſociantium, & illæ pariter quæ inter Miſſarum officia in altaribus, ardent, neque enim hæ *cum funere deferuntur*, perſpicuum eſt igitur, nulla ſuper iis intelligi poſſe pacta inita, vel iſto generali nomine ceræ comprehendi, ſed inita dumtaxat eſſe ſuper illa cera vel cereis, quæ inter funeralia, de quibus ex iure quarta debetur, numeranda venit. Proindè firmum & fixum eſt, de cereis quæ ipſi Regulares manu ferunt, quartam funeralem minimè deberi, eſtque communis Canoniſtarum ſententia prout videre eſt, in Lezana Bordono Confettio Megal: Molfeſ:

ſeſ: Bonacina Lavorio, alijſque citatis à Borboſa lib. 3. juris Eccleſ. cap. 25. n. 39. Jul. Laurentio Alphon. de Leone ſorbo, Rodrig: Piaſec. Carraccia Samuel, Paſqual: de Francis, Baſſeo tractantibus de ſepult. Quarta Fun. canonica. Port: Cuius obſervantiam publico edicto egregiè commendat & mandat Generalis Auditor, & judex ordinarius Romanæ curiæ. Quo quia reliqua, quæ funeralia iura concernunt ſimul exprimuntur viſum eſt hìc aliquanto extenſius annectere. Tenor eſt iſte.

Proſper Caffarellus Pronotarius Apoſtolicus utriuſque ſignaturæ ſanctiſsimi D. N. Papæ Reverendarius, nec non Curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Iudex ordinarius, ſententiarum quoque & cenſurarum, tam in eâdem Romanâ Curiâ, quam extra eam *latarum*, ac litterarum Apoſtolicarum, quarumcumque univerſalis ac merus executor ab eodem Sanctiſsimo D. N. ſpecialiter deputatus univerſis & ſingulis RR.DD. ex ad quem vel ad quos præſentes noſtræ litteræ pervenerint, Salutem.

Noveritis quòd nuper pro parte, & ad inſtantiam Reverendiſsimi Patris Magiſtri Franciſci Mariæ Campanæ totius Ordinis

Prædi-

Prædicatorum Procuratoris generalis coram nobis comparitum fuerit & expositum, aliàs felicis recordationis Sixtum Papam IV. confirmando, declarando & ampliando Bullas & diplomata Eugenij IV. Gregorij XI. Martini V. Bonifacij VIII. & Benedicti XI. Romanorum Pontificum ejus Prædecessorum, pro conservandâ ac tuendâ Religione S. Dominici, quæ tam fructuose in Agro Domini indefesse elaborat, emanata, & inter cætera, quod quando cadavera sunt sepelienda in dictorum Fratrum Ecclesijs mandavit, ne aliquis in toto orbe terrarum, Audeat prædictos Fratres cogere ad deferenda dicta cadavera ad Parochiales Ecclesias, vel ad alia loca, ut ex Bulla ejusdem quæ incipit: *Regimeni universalis Ecclesiæ sub* §. 43. in his verbis videlicet; *eam verò partem litterarum ejusdem Gregorii præfati &c. Declarantis libertatem hujusmodi intelligi debere quoad hoc &c. Ne cogantur inviti. etiam prætextu cujuscumque consuetudinis, ipsi vel Defunctorum consanguinei, illa ad Parochiales Ecclesias, vel ad alia loca deferre; & cum illis, vel sine inibi celebrare, vel celebrare facere pro eisdem defunctis aliqua divina Officia ante vel post sepulturam eorumdem &c. Datum Romæ apud S. Petrum &c. Pridie calendas Septembris Anno* 1474. Pontificat. nostri An

4. Et

4. Et quia non nulli Ecclesiarum Rectores lucri aviditate ducti, præfatam constitutionem perperam extorquere conabantur, sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. Ecclesiæ Cardinalium, negotijs Episcoporum & Regularium præposita, illam declarando respondit: *Defunctorum cadavera in Ecclesijs dictorum Fratrum sepelienda, ab ædibus defunctorum ad eorundem Fratrum Ecclesias recto tramite deferri licitè posse, monito tamen priùs, & requisito proprio defunctorum Parocho &c. Quo venire expressè recusante, possint ijdem Fratres etiam ipso invito dicta cadavera ad suas Ecclesias transportare. Consanguinei verò talium defunctorum in Parochialibus, & alijs Presbyterorum, etiam Cathedralibus Ecclesijs, compelli nullo modo possint. Si quæ verò immemorabilis consuetudo in contrarium super præmissis existere prætendatur legitimè probetur; & interim præsens decretum ad unguem servetur, prout eadem Sacra Congregatio servari mandavit Romæ die 14. Ianuarij.* 1639. Card. Anton Barberinus &c. Faginetus loco ✠ sigilli.

Et quia similiter alij Presbyteri ad augendum sibi quæstum, jus super funeribus, quæ fiebant in Ecclesijs Regularium, sibi arrogabant, prætendentes vel sibi eleëmosinam duplicare, vel multiplicare super cadaveribus, quæ in dictis Eccle-

tijs sepeliebantur, exequias, officia vel mortuorum, Missam solemnem contra sepulturæ libertatem, ut ex prædictâ, alijsque Apostolicis constitutionibus, & cedit in præjudicium vel dictorum Regularium, vel hæredum defunctorum; idcirco ad tollendos huiusmodi abusus, & ad coercendam Parochorum aviditatem, in eâdem constitutione circa §. 44. cautum fuit vt infra; videlicet: Iustitiam verò Ecclesiarum &c.

Cuius constitutionis vigore Clerici, seu Parochi nihil aliud prætendere posse ex funeribus, quæ ab ipsis ad Regularium Ecclesias associantur, nisi unam tantum quartam eorum, quæ cùm funere deferuntur.

Nota Eluen. iurium Parochialium coram Elverpo 6. Iunij 1631. ubi etiam resolutum fuit Parocho non licere cogere hæredes defunctorum, qui sepeliebantur in Ecclesijs Regularium ad celebrari faciendum pro eisdem defunctis officia, vel Missam solemnem, cum nullum aliud jus eisdem Parochis competat, præter dictam asseciationem, & quartam eorum, quæ deferuntur in associando, sed omnia sunt liberè relinquenda dictis Regularibus, prout ex litteris S. Congregationis Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotijs Episcopotum & Regularium præposita apparet fuisse scrip-

tum ad ordinarium Barici Româ 29. Iulij 1616. à Card. Gallo. &c.

Et nihilominus sicut nobis expositum fuit, ad sunt in provincia Hannoniæ, & præcipuè in conventibus Montensi, Braniensi, Tornacensi, Vallencenensi, Duacensi, Insulensi, & forsan alijs, nonnulli Ecclesiarum Rectores, & alij Presbyteri, qui præsumunt quando cadavera sunt sepelienda in Ecclesijs Fratrum S. Dominici, cogere illos ad illa deferenda priùs ad Parochiales Ecclesias. Alij verò prætendunt, ultra quartam in Die delationis cadaverum, aliam, dum cantatur Missa pro eisdem defunctis in Ecclesijs dictorum Fratrum in eorum gravè damnum.

Nos igitur Prosper Caffarellus Iudex & Auditor præfatus, attendentes petitionem hujusmodi fore iustam, & juri consonam, vobis & singulis supradictis, & vestrum cuilibet in solidum tenore præsentium committimus, & in virtute Sanctæ Obedientiæ strictè præcipiendo mandamus, quatenus statim visis seu receptis præsentibus, & postquam fueritis requisiti ex parte nostrâ, imò verius Auctoritate Apostolicâ, moneatis & requiratis primò, secundò, & tertiò peremptorio termino prout, nos tenore præsenti-

um monemus, & requirimus præfatos Parochos & Clericos, & alios, cæterosque in executione præsentium nominandos & cognominandos, quatenus intra sex dierum spatium, quorũ duos pro primo duos pro secundo & reliquos duos dies pro tertio, ultimo & peremptorio termino & monitione Canonicâ assignamus, & vos assignetis eisdem, sub mille ducatorum auri locis pijs arbitrio nostro nominandis, & præcipuè fabricæ S. Petri de urbe applicandorum, & pro illius mandati executione, & in juris subsidium, excommunicationis, suspensionis à Divinis, & interdicti ab ingressu Ecclesiæ, privationis beneficiorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris & pœnis debeant, & quilibet eorum debeat realiter, & cũ effectu præinsertas litteras Apostolicas, & decreta, prout in eis continetur & habetur, ad vnguem omninò observasse, ac debitè & plenariè executioni demandasse, & pro vero & reali executionis & observationis effectu, non audeant, aut aliquis eorum audeat impedire, directè vel indictè, per se sive per alios, quin cadavera præfata recto tramite deferantur ad Ecclesias dictorum Fratrum instantium, nec præsumant officia multiplicare, aut quartam duplicare, seu a-

liam portionem prætendere, præter illam quæ illis debetur in præcisâ die associationis, prout supra continetur & habetur.

Imo omnes & singuli tam Parochi quam alij debeant, sub præfatis censuris & pœnis, ab omni molestia & perturbatione cessasse ac destitisse, nostrisque monitorialibus litteris, in omnibus & per omnia paruisse. Et insuper inhibeatis, & inhibendo expressè præcipiatis, & mandetis omnibus & singulis in executione præsentium nominandis & cognominandis per præsentes, eisdem nec non quibuscumque DD. Iudicibus, ordinarijs & extraordinarijs delegatis, ac commissarijs, ne visis, seu receptis præsentibus, sub eisdem sententijs censuris & pœnis, audeant vel præsumant, seu quilibet eorum audeat vel præsumat, per se vel per alios, directè vel indirectè, quovis sub prætextu vel quæsito colore, præfatos instantes quomodocumque, aut qualitercumque perturbare vel molestare, quibuscumque non obstantibus: nec alibi quam coram nobis hîc Romæ, & per acta infrascripti nostri Notarij in judicium trahere, nec aliud quidquam in præjudicium instantium ac præsentium nostrarum litterarum, imo Sedis Apostolicæ contemptum, innovare, seu attentare, alioquin præ-

ſatos ſic monitos, ſi in præmiſsis ſe fore gravatos ſenſerint, modo & forma præmiſsis, citetis & citari curetis præfatos, omneſque alios in executione præſentium nominandos & cognominandos perſonaliter, ſi eorum perſonas commodè habere poteritis; ſin minus domi ſolitæ eorum habitationis relictis præſentium copijs, vel affixis ad valuas, prout nos citamus & citari mandamus eoſdem, quatenus infra ſex menſes proximè futuros, poſt preſentium executionem compareant Romæ coram nobis, & per acta infra ſcripti Notarij a nobis Iuſtitię complementum recepturi, prout ordo dictaverit rationis, certificantes eoſdem, quod ſi in dicto citationis tempore comparuerint, ſive non, nos nihilominus ad vlteriora procedemus iuſtitiâ mediante. Abſolutionem vero omnium & ſingulorum præmiſſorum, nobis vel ſuperiori noſtro tantummodò reſervamus, in quorum fidem &c. Datum Romæ ex ædibus noſtris Anno Iubilei 1650. Die verò 20. Octobris, Pontificatus autem Sanctiſsimi Domini noſtri Innocentij Papæ 10. An. 7. & erat ſignatum F. M. Brandlinus, & ſigillatum quodam ſigillo in cerâ rubrâ, chartâ cooperto, & ad latus erat ſubſcriptum Sebaſtianus Paſquettus cauſ. Cur. Cam. Apoſtolicæ Notarius I.

Hoc

Hoc autem Breve postmodum Bruxellis munitum fuit placeto Regio 1. Mart. 1651. *Signat F. V.t & infra R. Rousart.*



CAPUT. XV.

Nequeunt Regulares in jure, at usu suorum Privilegiorum sine injuria à quoquam turbari.

NEmini dubium esse potest, quin non solum Regulares per privilegiorum collationem eis factam ab Apostolica Authoritate, (cujus est illa tribuere, & Canones, legesque condere) speciale sibi, ac legitimum jus acquisitum habeant, ut ijs uti possint, quantumvis aliqui obsistant: verum etiam illud ipsum alijs necessitatem importet, ne Privilegiatis usum privilegij impediant (quamvis etiam huiusmodi necessitas ex ipso jure naturali ortum habeat, quod dictat, ne Privilegiati, facultate & jure sibi à superiori & legitima potestate, concessis indebite priventur) Privilegij namque ea est natura, sive comparetur ad ipsum Privilegiatum, sive ad

alios

alios, ut utrobique aliquem effectum operetur; igitur oportet ut illi tribuat aliquod novum ac speciale jus distinctum aliquo modo à jure communi; alioquin nihil illi de novo conferret, nec haberet privilegiatus aliquid juris præter, vel ultrà, vel contrà jus commune, quod implicat: in alijs autem habeat effectum obligandi; nam respectu illorum diciturlex. Estque communis Authorum sententia, & sumitur ex c. *In his*, de Privileg. & Privil. Exces. & cap. *Si Papa*, de Privil. in 6.

Consequens inde fit, Regulares, quando in suorum privilegiorum usu turbantur, in jure sibi acquisito lædi, atque adeò injuriam pati, eamque tantò graviorem, quantò diuturniorem, ac probatâ per omnem Ecclesiam fidelium consuetudine & praxi (per quam jus, & jurisdictionem etiam acquiri, in confesso est) ista privilegia sunt stabilita. Lomedo Exempt. cap. 12. Rebuffus in praxi benef. gloss. 6. n. 13. & 14. Collot. de Regul. in Hierarch. juris-dict. cap. 22. Roderic. tom. 1. q. 6. a. 8. Isernia, aliique ab ipsis relati.

Cæterùm nequaquam est præsumendum eò semper invidorum æmulationem intendere, ut directo ac expresso malignæ mentis proposito Apostolica privilegia malitiosè violentur; sed ea contingit plerumque ex

obliquo,

obliquo, & indirectè impeti, per hoc, quod vel sinistrâ interpretatione in reprobum sensum retorqueantur vel subditi clàm, palàmque, publicis, ac privatis sermonibus, & comminationibus ab eorum usu prohibeantur; atque à Religiosorum Ecclesijs avertantur. Id quod Honorius III. rectè vocat, *Iudicium Iudæorum*, ac severissimè interdicit. Cap. *quanto ampliùs*, de Privil. cæterique Pontifices, qui Regulares Apostolicis privilegiis muniendos duxerunt, in hoc etiam summâ curâ, ac solicitudine incubuerunt, ut eorum observantiam omnibus inculcarent, atque ad eam Episcopos, Prælatos, ac Ecclesiarum Rectores universos exhortarentur, & insuper sub gravissimis pœnis, ac censuris mandarent, ne illa sinerent ullo modo infringi, violari, vel convelli, nec Religiosos, vel subjectum sibi populum in eorum usu perturbari, vel impediri, nec inde averti, distrahi, aut deterreri. Magno hi numero videri possunt in Henriquez lib. 17. de Indulg. cap. 24. & Peyrinis, Lezana, Confettio, aliisque quàmplurimis, qui ostendunt contravenientes nedùm pœnis constitutis obnoxios reddi, sed & sese implicare excommunicatione latæ sententiæ, juxta Bullam auream *Sacri Prædicatorum, &c.* à Sixto IV. datam 1479. Kalend. Augusti

Augusti, quæ sic habet: *Inhibentes districtius ipsis locorum Ordinariis sub interdicti ingressus Ecclesiæ, & suspensionis à regimine, & administratione suarum Ecclesiarum, ac Parochialium Ecclesiarum Rectoribus, & aliis quibuscumque, sub excommunicationis latæ sententiæ, & privationis earundem Ecclesiarum Parochialium, & omnium aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ obtinent, nec non inhabilitationis ad illa, & alia inposterum obtinenda, pœnis, eoipso, qui contrafecerint incurrendis, ne personis quibuslibet Ecclesiasticis, vel sæcularibus in genere, vel specie, directè, vel indirectè aliquid inhibeant, præcipiant, ordinent, vel statuant; quò minùs Ordines prædicti, illorum domus, & Professores prædictis gratiis eis concessis liberè uti possint:* quas videlicet paulò antè recensuit, *concessiones, indulgentias, & peccatorum remissiones, immunitates, exemptiones, facultates, privilegia, & indulta spiritualia & temporalia, qualiacumque sint à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus prædictis, & à nobis, aut aliis authoritatem habentibus, concessa.*

Quas interim pœnas fusiùs sic exprimit Leo X. constitutione quæ incipit, *Exponi nobis fecerunt*, & cujus authenticum servatur Burdigalæ apud PP. Recollectos. *Nihilominus sicut accepimus, plerique Ordinarii locorum, & parochialium Ecclesiarum Rectores, in diversis mundi partibus*

tibus propriæ ſalutis immemores, Deique, & Eccleſiæ cenſuræ timore, ac Apoſtolicæ Sedis Reverentiâ poſtpoſitis, prædicare, & prædicari facere non formidant, non licere eorum Parochianis peccata ſua fratribus juxta dictam conſtitutionem Clementinam præſentatis, ſine ipſorum Rectorum poſitâ prius & obtentâ licentiâ, confiteri, & aliter ea confeſſos, ad illa rurſus eisdem Rectoribus confitenda obligatos exiſtere; quod ſi ſecus fiat, eis Sacramenta præfata Euchariſtiæ, & extremæ Vnctionis miniſtrare recuſant, eiſdemque Parochianis, ne præfatis Fratribus confiteantur, neve ad eorum Eccleſias pro Divinis audiendis, prædictis diebus accedant, ſpecialiter & expreſſè interdicunt. Et ſuper præmiſſis, ac pleriſque aliis varias dictis Fratribus moleſtias, ac jacturas inferunt, quibus eorum quies turbatur, divinus cultus minuitur, & inter Chriſti fideles ſcandala paſſim oriuntur, non ſine divinæ Maieſtatis offenſa, & Apoſtolicæ Sedis contemptu. Quamobrem Nos, qui dictorum Fratrum quietem, & tranquillum ſtatum intenſis deſideramus affectibus, ut ſuis laudabilibus operibus Deo acceptiores fiant, & quietius pro delinquentium emendatione, ac ſalute apud Deum inſiſtere poſſint, dictorum Generalis, Provincialium, Miniſtrorum, Cuſtodum, Guardianorum, & aliorum Fratrum prędictorum humilibus ſuper hoc nobis porrectis ſupplicationibus inclinati, vobis, & cuilibet per præſentes diſtrictè prę[c]ipiendo,

piendo, mandamus sub dictis censuris, ut vos ab eorum molestia, & omni inquietudine penitùs abstineatis, & quoties nomine dictorum Fratrum, vel alicujus ex eorum Ordinis ministris, Provincialibus, aut alijs Fratribus pro tempore existentibus fueritis super hoc requisiti, omnes & singulos Ecclesiarum Parochialium in vestris respectivè civitatibus, & Diœcesibus existentes, Rectores, seu Vicarios ad desistendum posthac ab huiusmodi molestijs, & gravaminibus, constitutionesque prædictas, & dictorum Fratrum privilegia eis inviolabiliter observanda sub pœnis, & censuris in dicti Sixti Prædecessoris inhibitione contentis moneatis, & præcipiatis: Inobedientes *verò legitimis super hoc habendis processibus, censuras & pœnas prędictas incurrisse declaretis; & declaratos publicè nuncietis, aut nuntiari, & ut tales ab omnibus arctiùs evitari mandetis, & alia faciatis, quę in pręmissis fuerint quomodolibet opportuna, invocato etiam adhoc, quando opus fuerit, auxilia brachij sæcularis.* Reliquas *verò personas tam Ecclesiasticas, quàm sæculares cujuscumque statûs, aut conditionis existant, qui Rectoribus Ecclesiarum Parochialium in pręmissis contra Fratres prędictos favorem, auxilium, aut consilium præbere præsumpserint, per censuras Ecclesiasticas, & alia juris opportuna remedia, monitione præmissâ, districtiùs coerceatis, & ut à talibus in futurum caveant, prohibeatis.*

Eas-

Easdem item pœnas statuerunt, extenderunt, ac innovarunt Paulus III. Anno 1545. Bullâ 7. n. 7. *Cùm inter cunctas*, & Anno 1549. Bullâ 8. n. 48. *Licet debitum*. Paulus IV. anno 1555. & 1557. Bullâ 1. *Ex clementi*. Et Bullâ 3. *Cùm sicut*. Pius IV. Anno 1561. Bullâ 2. *Ex clementi*. Pius V. Anno 1567. & 1571. Bullâ 5. n. 5. *Dum indefessæ*. Et Bullâ 7. *Etsi Mendicantium*. Gregorius XIII. Anno 1575. Bullâ 1. *Ex benigna*, & Anno 1584. Bullâ, *Ascendente Domino*, quæ habetur *inter Litteras Apostolicas pro Societate IESV*; ubi summus Pontifex prædictæ pœnæ absolutionem sibi specialiter reservat.

Quibus inhærens sacra Cardinalium Congregatio ad Archi-Episcop. Salern. direxit declarationem, quæ in Registro ejusdem Congregat. extat. fol. 139. hujusce tenoris. *Advertat Dominatio vestra procedere cum circumspectione cum Religiosis, nisi velit multis se censuris irretire; (quatenus fortasse jam non sit) quia novit eos habere infinita privilegia; & non esse subditos ordinarios. Simile decretum S. Congregatio* Negot. Episc. & Regul. præposita misit Archi-Episcopo Mexicano anno 1616. ita sonans: *Illustrissimi Patres, has litteras ad Amplitudinem tuam dari jusserunt, quibus ei injungunt, ut privilegia ab Apostolica Sede prædictis Fratribus concessa, nullatenus violare, aut aliqua ex parte posthac imminuere*

cen-

teneret, cum illi ob multos in Christiana Religione in ipsis Regnis perpessos labores de Apostolica Sede optimè meriti teneantur. Hæc igitur exequatur Amplitudo tua.

Ubi non obscurè significatur privilegia Regularium nedùm esse gratiosa, verum etiam remuneratoria, prout inter reliquos apertissimè declararunt de FF. Prędicatoribus, Alexander IV. diplomate, *Cælestis agricola* datoviterby 23. Maij An. 3. Pontificat *Hi sunt viri probati, & plenè in lege Domini eruditi Fratres videlicet dicti Ordinis efficaces quidem in opere ac in prædicatione potentes, quorum labia gratia cælestis edocuit ad propinandum salubrem doctrinam alijs; & exponendum commodum animarum: Vnde ubique per mundum ipsorum ora intonant velut tubæ, ac in omnem terram exivit sonus prædicationis eorum, & usque ad fines orbis sua salutifera verba sonant: Hi sunt viri præclari conspicuâ religione fulgentes, qui tanquam lucentia sydera in Ecclesiæ firmamento suis splendidis documentis insinuant mortalibus viam vitæ: Hi sunt phialæ aureæ plenæ odoramentis, qui suâ sacrâ conversatione suaviter redolentes hortantur per hoc alios & inducunt; excussâ prorsus inertiâ surgere ac propterea ab universis Ecclesiarum Prelatis, cunctisque Christi fidelibus diligendi sunt præcipua charitate ac tanquam venerabiles Dei ministri & populo suo necessarij honorandi condigne*

digne & favoribus specialibus muniendi, Idem de ijsdem, & FF. Minoribus Alexander IV. diplomate, *Patris aeterni:* apud Confert. *Hi sunt Dilecti Deo, & hominibus, Fratres Ordinis Prædicatorum, & Minorum, qui suum semper affectum ad morem cælestium dirigentes, virtutem divini nominis per orbem publicant, & Christianæ Religionis ampliando cultum, vigili attentione desudant. Hi sunt, qui vitam, & merita beatissimi Pauli contemplantes, gloriantur in solâ Cruce Christi Domini, spernendo mundi solatia pro delitiis paradisi. Hi sunt, qui hostes animæ, per scutum fidei, Loricam justitiæ, Gladium spiritûs, salutis galeam, hastam perseverantiæ debellantes, obtinere satagunt, ut Catholicis universis, fidei, spei, & charitatis augmenta proveniant, ac Perfidis veritatis via pateat, & hæreticæ pravitatis insania evanescat. De tantorum siquidem meritorum provenit charitate, quòd nos Fratres eosdem in Christo affectu syncerissimo diligamus, & ipsos ubique terrarum, statu gaudere pacifico affectamus, pro re indigna, & nimis amara ducentées, si quis de numero fidelium, & potissimè Prælatorum, eos aliquibus turbet injuriis, vel offensis.* Et de eisdem Sixtus IV. jam citatus: *Quia prædictorum Ordinum Professores pro fidei Catholicæ dilatatione, incremento, & defensione continuò indefessè laborant, & eorum exemplari vitâ, prædicationibus Verbi Dei, audientia Confessionum*

ßionum, sanâ doctrinâ, assiduâ sacrarum Literarum instructione, & devotâ divinorum officiorum celebratione, hæreticorum extirpatione, alijsque innumeris pijs operationibus, præ cæteris Ordinum Mendicantium Professoribus fructus in Ecclesia Dei salutares, copiosiùs attulerunt hactenus, & continuò afferre non cessant, aut allaturos in futurum Deo propitio, spe firmâ tenemus, convenit, ut ipsi præ cæteris ampliores favores, & gratiarum prærogativas à Sede prefata recipiant, & reportent.

De PP, Augustinianis Martinus V. in MARI MAGNO eorum: *Dum fructus uberes quos sacer Ordo dilectorum filiorum Fratrum Eremitarum sancti Augustini in agro Ecclesiæ militantis in propagatione Religionis, & fidei orthodoxæ hactenùs produxit utiliter, & producit, ac in posterum producturum spe firmâ speramus, diligenter attendimus, dignum censemus, & congruum, ut circa ea, quæ ipsius Ordinis incrementum concernere poterunt, benignis favoribus intendamus.*

De Patribus Carmelitis Sixtus IV. item in eorum MARI MAGNO: *Dum sublimium dicti Ordinis utriusque sexûs, Personarum virtutum merita Deo quidem grata, & in conspectu Apostolicæ Sedis accepta digna memoriâ recensemus, ac Ordinem ipsum, & illius Personas, sub Sedis Apostolicæ, & Ecclesiæ Romanæ protectione immediatè existentes, & inter cæteros Regularium*

Ordinum Professores in firmamento Catholicæ Fidei militantes, tamquam Religionis speculum, & exemplar speciali charitate fulgentes, sanctorumque Prophetarum Eliæ, & Elisei, & aliorum Patrum, qui Montem sanctum Carmeli, juxtà Eliæ fontem inhabitarunt, successionem hæreditariam tenentes, fructus quoque uberes, quos dictus sacer Ordo in agro militantis Ecclesiæ, in propagatione Religionis, & Fidei Orthodoxæ hactenus produxit utiliter, & producit, ac in futurum producturum indubitanter speramus, paternâ charitate intuemur, dignum potiùs, quin imò & debitum reputamus, Nos ad illa nostros dirigere debere cogitatus.

De PP. Societatis JESU Paulus III. *Licèt debitum*, de anno 1549. *Ad Societatem verò de IESV per Nos institutam, & approbatam, cujus specimen, veluti ager fertilis in Domino, multiplices, atque uberes fructus animarum, ad summi Regis laudem, & Fidei incrementum attulit, & affert quotidie verbo & exemplo in populo Christiano, dirigentes præcipuè velut pius Pater oculos mentis nostræ, dignum censemus, ut ipsam Societatem, ejusque in odorem suavitatis Altissimo deservientes Personas, specialibus favoribus prosequamur.* Et universim de omnibus Urbanus VIII. *In specula*, 19. Junij 1630. *In specula militantis Ecclesiæ attentè considerantes sacros Regularium Ordines tantas Ecclesiæ Dei utilitates omni tempore*

attulisse, ut ad eas conservandas, & instaurandas Romani Pontifices Prædecessores Nostri magnam jure optimo diligentiam semper adhibuerint, dignum, quin potiùs debitum reputamus, ut eorumdem Pontificum vestigijs inhærentes, ad eos Pastoralis vigilantiæ partes jugiter intendamus.

Quis porrò fuerit sensus, & sententia Patrum in Concilio Trid: de manutenendis Religiosorum Ordinum Privilegijs, ac Exemptionibus, docet Cardinalis Palavicinus in vera Concilij Tridentini Historia lib: 7. cap. 4. ubi enarrans exortas de Regularium Privilegijs altercationes, ac audacissimas Episcopi Fesulani invectivas, tantamque in eum Concilij commotionem, ut Legati, datis ad summum Pontificem, meritò indè & gravissimè offensum, litteris, condignæ castigationis remedia exquisierint, n. 4. adducit Thomam Faselium Britinoriensem Antistitem ità disserentem. *Omnes*, inquit, *reminiscantur oportet, Romanum Pontificem Universi Gregis Episcopum esse, & unumquemque nostrûm in partem solicitudinis solùm vocari, prout Sacri Canones loquuntur. Proindè non minùs intrat per ostium legitimum Ovilis, quicumque in Diœcesim aliquam à Pontifice mittitur, quàm qui ab ejusdem Diœcesis Episcopo peculiari mittitur. Ne conquerantur Antistites, id quod ipso-*

ipsorum vitio contigit, non injustâ Regularium usurpatione. Illi, si docendi, si concionandi munus explevissent, hi in solitaria sua quiete se planè continuissent Divinis occupati Laudibus, intentique placando sibi, aliisque Deo per voluntaria corporis animique supplicia. Nostra socordia, ne dicam, ignorantia, ab Apostolica Sede privilegia Regularibus impetravit: ipsi totum nostri Ministerij pondus sustinent; Nos proventibus, nos illius honoribus fruimur, & tamen conquerimur? " Hisce Faselij dictis, quæ penè ex actis exscripsimus, Senatus communiter assensus est.

Ad hæc Præsidum primus ad Fesulanum, qui ad tribunal Dei provocaverat, conversus hæc addidit. *Qui Divinum ad Iudicium provocant ob gregem sibi concreditum, cùm ab exteris abripitur, cur animo non reputant, à Regularibus illorum partes expleri ab ipsis neglectas? Si verò Pontifex Familias adeò de Ecclesia benè meritas privilegijs exueret, illæ continuò concionandi laborem desererent cum ingenti Fidelium detrimento.*

Postmodùm, ut refert Palavicinus c. 5. n. 5. in conventu diei 21. Pacecus Episcopus Giennensis & Cardinalis inter plurium declamationes, ità censuit. *Absurdum sibi videri, cùm potissimè Regularium operâ uti necessarium foret, tunc eos possessione privilegio-*

rum, & antiquis juribus spoliari: Vereri se, ne per ea, dum Ecclesiam adjuvandam curarent, eamdem graviter læderent, præpeditâ obliquè Divini Verbi prædicatione, hoc est, instrumento ad Religionem servandam pernecessario: proindè suam esse sententiam, Viennensis Concilij Constitutionem omninò retinendam in Clementina quæ incipit. Dudum. *titulo.* De Sepulturis.

Item „ Absurdum plerique censebant „ Theologos Regulares, quorum sudoribus ac vigilijs Synodus adversùm hæresim tunc pugnabat, se loco præmij spoliatos cernere privilegijs, quibus per tot „ jam sæcula fruebantur.

Ad finem istius capitis subdit Card: Pallavicinus sequentia." Insuper Suavis (Petrus „ Soave) quasi obtectum arcanum, detegit „ causam, cur Aula Romana Regularibus „ patrocinetur: Nimirùm quòd illi ex mul„ tis antè sæculis per congregationes, Clu„ niacensem, ac Cisterciensem, & post„ modùm per Ordines Mendicantes, aucto„ ritatem Pontificiam sustinuerint. Haud „ inficiar, multum indè promeruisse Regu„ lares: & quemadmodùm ipsi eâ de re glo„ riantur, tamquam de opere incompara„ bilis utilitatis ad Religionem conservan„ dam; ita neque dissimulant Romani Pon-

ti-

„ tifices, velle ſe hanc eorum operam in-
„ ter cæteras largiter remunerari: quod li-
„ quet ex diſerto tenore innumerabilium di-
„ plomatum, quibus & Ordines integri pri-
„ vilegijs exornati, & plurimi eorum pecu-
„ liares alumni Superûm cultu decorati
„ cernuntur. Non tamen ea ſola Religio-
„ ſorum Ordinum merita, quibus Suavis ad-
„ ſcribit, hæc ab Apoſtolica Sede beneficia
„ obtinuêre; perindè quaſi operis excellen-
„ tiæ non debita, ſed ob remunerantis com-
„ modum reddita. A quadringentis huc
„ uſque annis obſervetur, an Regulares,
„ qui tandem, ſi conferuntur cum univer-
„ ſitate generis Chriſtiani, vix modicam par-
„ ticulam conficiunt, decuplo numero ſu-
„ prà reliquos ediderint Eccleſiæ & Theo-
„ logos præſtantiores, & Viros ſanctimoniâ
„ illuſtriores. Superiora pariter ſæcula repe-
„ tantur; Quinam diſciplinas revocarunt in
„ lucem, Caroli magni ætate, barbarie
„ priùs conſepultas? Quorumnam calamis
„ hæreſes confutatæ? Quibus dominantes
„ Arabum doctrinæ dejectæ, quæ Ariſto-
„ telis armis, per ipſos in Philoſophiæ ſolio
„ reſtitutis, in Jeſum Chriſtum ferociſsi-
„ mè debacchabantur? Regiones, ubi ty-
„ rannidem exercet impietas, perluſtren-

„ tur; Quinam ibi Fidem & disseminant &
„ alunt per sudorem ac sanguinem? Minùs
„ jejunè Regulares laudasset Suavis, ubi ip-
„ si collibuisset Magistrum suum imitari, à
„ quo in suis dissertationibus, politicæ cal-
„ liditatis lac exhausit, Nicolaum, inquam,
„ Machiavellum, qui facem Suavi præferre
„ poterat, ut in Regularibus aliquid am-
„ pliùs agnosceret, quò de Fide Orthodo-
„ xa egregiè mererentur. Considerat ille
„ lib. 3. dissert. in Livium cap. 1. Cùm
„ opus sit cuicumque Reipublicæ, seu Re-
„ ligioni, ad sui conservationem, ut iden-
„ tidem Viros habeat, quibus ipsa ad pri-
„ stinum statum revocetur; hac ratione
„ postremis sæculis, nimis per licentiam de-
„ pravatis, suffultam fuisse Christianam Re-
„ ligionem novarum Familiarum SS. Do-
„ minici ac Francisci operâ salutari; qui &
„ exercitatione virtutis, & Jesu Christi se-
„ dulâ imitatione Fidem in mortalium men-
„ tibus pænè extinctam mirificè suscitarunt;
„ eamque consecuti sunt famam, cum in ha-
„ bendis concionibus, tum in confessioni-
„ bus audiendis, ut eam sartam tectam ser-
„ varint adversùs exempla perniciosissima,
„ quæ per flagitiosa illa tempora, vel in ma-
„ gnæ notæ Ecclesiasticis visebantur. Adeò
æqui-

„ æquior est in Regulares profanus quidam
„ Magister impiæ politicæ, quàm Sacerdos
„ Religiosæ disciplinæ Professor. Sed hoc
„ intererat, quod alter effrons contemptor
„ erat cujusvis Religionis; alter prætereà
„ infensus hostis Catholicæ.

Alia denique causa, addit idem Card:
„ Palavicinus lib. 8. cap. 17. n. 12. Uni-
„ versales exemptiones integris Ordinibus
„ concedendas persuasit: hujusmodi ab A-
„ lexandro Tertio Cisterciensibus concessæ
„ sunt; & ab Innocentio Tertio in Conci-
„ lio Latteranensi, & ab Honorio Tertio,
„ Prædicatorum ac Minorum Ordinibus.
„ Ea verò fuit, quòd hæ Familiæ sub unâ
„ eâdemque vitæ disciplinâ, ejusdemque
„ Præsidis moderatione, per cunctas terra-
„ rum Orbis plagas dispergendæ erant: a-
„ deòque à vario Episcoporum judicio,
„ arbitrioque regi non poterant; sed so-
„ lùm à Moderatoribus supremo ipsorum
„ Præsidi ritè subjectis: itidem ac nequeunt
„ plures formæ, nullo inter se ordine colli-
„ gatæ, uni corpori dominari. Nec alio
„ pacto laudati Ordines sustentandæ Late-
„ ranensi Basilicæ collabenti, hoc est Eccle-
„ siæ Catholicæ, opportuni fuissent. Va-
„ ticinium profectò, quod re comprobatum

„ est, vel ipso Nicolao Machiavello, sicut
„ monuimus, fatente. Et sanè parum, vel
„ nihil actum est id temporis in Concilio
„ de abrogandis Regularium immunitati-
„ bus; sed potiùs majorne, minorne tribu-
„ enda esset Episcopis auctoritas, Regula-
„ res in quibusdam conditionibus pu-
„ niendi.

Quocircà eam etiam cautelam pro intemerata privilegiorum à sese Regularibus collatorum custodia adhibendam censuerunt Summi Pontifices, ne depravatis aliquorum possent glossematis, ac explicatione everti, ut voluerint inprimis, si quod circà ea dubium emergeret, illud semper in favorem Religiosorum esse expediendum: Deindè etiam legitimam omnem ac decisivam eorumdem interpretationem sibi solis reservarint. Istud statuerunt Iulius II. Leo X. & Alexander VI. Kalendis April: 1501. Bul. *Inter cæteros*, his verbis: *Quando dubium fuerit in intellectu privilegiorum Regularium, semper per Iurisperitos, & alios Iudices in favorem Regularium fiat interpretatio.* Idemque post confirmarunt Clemens VII. ann. 1529. & Paulus III. 1534. Hoc autem definierunt Clemens IV. anno 1268. Bul. *Ordinis vestri.* Paulus III. ann. 1549. Urbanus VIII,

& noviſsimè Clemens X. cap: ſuprà relatus. Verba Clementis IV. ſunt: *Ne Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Prælati alij, indulgentias, ſeu privilegia vobis ab Apoſtolica Sede conceſſa, ſive clara, quæ interpretatione non indigent, ſive dubia contineant, de cætero interpretari præſumant, authoritate præſentium diſtrictiùs inhibemus, volentes, ut cùm ejus ſit interpretari, cujus eſt condere, interpretatio ſuper hujusmodi dubijs, & obſcuris, dictæ Sedis Iudicium requiratur.* Quod & ſacris Canonibus eſt conforme. Innocentius enim III. cap. *Cùm veniſſent, de Iudic. Cùm ſuper privilegijs Sedis Apoſtolicæ cauſa verſatur, nolumus de ipſis per alios judicari.* Et ratio redditur in Gloſſ. 25. q. 1. *Ipſi namque ſoli valent Canones interpretari, qui jus condendi eos habent.*

Denique tam vigili curâ, ac ſollicitudine Summi Pontifices foverunt, & undequaque ſarta tecta ſemper eſſe voluerunt Regularibus indulta privilegia, tantis eorum meritis ac zelo, tam copioſo Martyrum, ac Apoſtolicorum Virorum ſanguine & ſudore, totque laboribus, vigilijs, & ſtudijs pro Catholicæ Fidei propagatione, S. Matris Eccleſiæ exaltatione, hæreſum extirpatione, ac animarum ſalute, inceſſanter impenſis comparata, ac legitimè acquiſita, ut non ſatis fuerit eis, illa graviſsimarum pœnarum ac cenſurarum

ſub-

ſubſidijs muniiſſe, niſi etiam definijſſent, ac declaraſſent, quidquid a quopiam contrà ea, eorumque juſtiſsimos poſſeſſores fuerit attentatum, actum, vel judicatum, id totum reàpſe irritum eſſe ac inane; adeòque protinùs ex integro reparandum ac reſarciendum.

Utrumque ſtatim evidens fit revolventi Pontificia diplomata huc uſque adducta. Quibus noviſsimè accedit conſtitutio Smi D. Noſtri Clementis X. *Superna Magni*, data 11. Kalend. Iulij 1670. in hæc verba: *Decernentes ſic, & non alìas per quoſcumque Iudices ordinarios, vel delegatos, quâvis authoritate, & dignitate fulgentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, & Nuncios, & quoſvis alios; ſublatâ eis, & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere. Irritum quoque & inane, quidquid ſecùs ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.*

Conformiter planè ad ſuos Prædeceſſores præſertim Sixtum IV. alioſque allegatos in Maribus Magnis Regularium, & Pium V. variis conſtitutionibus, ſignanter illâ, quæ incipit: *Etſi mendicantium*, undè illud Clementis X. decretum verbotenùs ferè eſt deſumptum.

Per

Per illa insuper expressè mandatur omnibus Superioribus, locorum Ordinarijs, ac judicibus, ubilibet, in quacumque regione, vel terrâ existentibus, ut sicubi quippiam in contrarium à quopiam fieri, vel attentari cognoverint, ilicò Regularibus efficacis defensionis præsidio assistant, & quicquid violatum deprehenderint, Apostolicâ Authoritate restaurent *per pœnas, censuras, aliaque Iuris remedia, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio Brachij sæcularis.*

Sinantur igitur Religiosi Mendicantium Ordines in quieta privilegiorum suorum possessione ac usu, in quo non possunt sine injuria, & gravissimarum pœnarum reatu, nec non nisi invalidè, irritèque turbari. Nec exigatur ab illis, quando in Presbyteros ordinantur, Obedientiæ professio, seu promissio, cùm hoc districtè & disertè per Apostolica, & Canonica Decreta vetitum esse, jam cap. 4. luculentissimè sit demonstratum. Observetur porrò, sicut observari identidem, & gravissimè à Sancta Sede præcipitur, Pontificale Romanum *Clementis VIII. primùm, deindè Vrbani VIII. Authoritate recognitum*, novissimæ editionis, de anno 1664. Parisijs *impensis Societatis Typographicæ, &c.* in quo ritus præscribitur Ordinan-

nanti Episcopo servandus, " Et dicenti
" cuilibet, *si suus est ordinarius*. Promittis mihi,
" & Successoribus meis reverentiam & obe-
" dientiam. Et ille respondet. Promitto. Si
" verò Pontifex non est suus ordinarius, *dicit*
" *singulis Presbyteris sæcularibus*. Promittis Pon-
" tifici, Ordinario tuo Reverentiam, & O-
" bedientiam. etc. *Singulis verò Regularibus*.
" Promittis Prælato, *Ordinario tuo, &c.* Per
quæ distinctè ac dilucidè exprimitur, non esse exigendam à Regularibus Ordinatis obedientiæ professionem Episcopo Ordinanti præstandam, sed promittendam cujuslibet Ordinati *Prælato*, qui est proprius ejus Ordinarius. Non petatur proindè à Regularibus inter Ordinandum aliqua Obedientiæ promissio, vel obligatio, nec pacificum exemptionis suæ jus violetur.

Cunctis autem Fratribus, (quod votum est Sixti IV. in Mari magno Carmel.) *sua Iura servantibus sit Pax Domini nostri Iesu-Christi: quatenùs & hìc fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inveniant*. Amen.

Omnia S. ROMANÆ ECCLESIÆ *ac* APOSTOLICÆ SEDIS *Iudicio & Correctioni devotissimâ humilitate submittuntur.*

FINIS.

INDEX



INDEX RERVM.

A.

B.

C.

FINIS.

ERRATA ſic CORRIGE.

Paginâ 2. lin. 10. ſtitit, l. ſtetit,
Pag. 6. lin. 24. qugique l. quique,
Paginâ 17. Lineâ 17. proba lege, probra.
Ibidem lin. 25. Guilielmo l: Guilielmi.
pag. 19. lin. 14. intuctis l: intactis.
Pag. 20. lin. penult. ſectatoſe l: ſectatores.
pag. 21. lin. 14. mationem l: matione.
Ibid. lin. 16. meritè l: meritò.
pag. 22. lin: 25. ſed l: Sed:
pag: 24. lin: 23. cartiri l: partiri.
pag: 27. lin: 23. principium l: Principum.
pag: 28. lin: 16. den: ſc: l: etc: ſc:
pag: 29. lin: ult. qniſquis l: quiſquis.
pag: 30. lin: 26. quoi l: quo i-
pag: 32. lin. 23. ſacroſanctæ l: ſacroſancta.
pag: 36. Nicolaus III. l: IV.
ibid: reterendus, l: referendus. idem.
pag: 37. lin: 22. clarunt l: clarant.
pag: 38. lin: 1. Sixtus 14. l: Sixtus IV.
pag: 40. lin: penult: ncc l: nec.
pag: 44. lin: 3. Pape l: Papæ.
pag: 48. lin: 14. di- l: de-
pag: 54. lin: 24. *conſtitutioribus* l: *Conſtitutionibus.*
pag: 59. lin: 24. præ- l: pro-
pag: 69. lin: 20. quibuſcumquæ l: quibuſcumque
pag: 74. in fine. initur l: innititur.
pag. 91. lin: 9. molſtare l: moleſtare.
pag: 100. lin: 22. Eccl: l: Eccleſiæ.
pag: 103. lin: 9. ſatis, l: ſatisfecerint.
ibid: lin: 10. Pius l: Pius V.
ibid: lin: 14. Pontificiâ l: Pontificiâ quis opus
ibid: lin: ult: fideri. l: fidei.
pag: 112. lin: 2. excuſa. l: excuſus à

Pa-

Paginâ ſeq: N. 1ſ1. l: 113.
ibid: lin: 16. 8. l: ſe.
ibid: lin: 17. lie: l: li-
pag: 114. lin: 11. dubiant. l: dubitant.
pag: 115. lin: 24. ille l: illi.
pag: 117. N. 11. l: 117.
ibid: lin: penult: privileg: l: privilegi-
pag: 118. lin: 2. *perogatio* l: *derogationem*.
pag. 126. lin: 14. Sixus l: Sixtus.
ibid: lin: 25. Ballar: l: Bullar.
pag: 133. lin: 15. Capite l: Capita.
pag: 137. lin: 14. eodem, l: eodem-
pag: 139. lin: 13. Calvomontnus. l: Calvomon-
tanos.
pag: 145. N. 541. l: 145.
pag: 148. lin: 16. brævita l: brevitatis.
ibid: lin: 19. bis l: his.
ibid: lin: 20. impriſſi l: impreſſi.
ibid: lin: 25. 22. l: XXII.
ibid: lin: 26. ſibenèinſpiciatur l: ſi benè inſpi-
ciatur.
pag: 150. lin: 4. officiales: l: officialis.
ibid: lin: 12. appareret l: apparet.
pag: 151. lin: 5. Cardenaſi l: Cardinali.
ibid: lin: 13. deſpendio l: diſpendio.
pag: 153. lin: pænult: iſta l: ita.
pag: 154. lin. 3. Clementine l: Clementinæ.
pag: 155. lin: 8. legati l: Legati.
ibid: lin: 7. indibitè l: indebitè.
pag: 156. lin: 19. tenco. l: teneo.
ibid: lin: 20. incurreſſe. l: incurriſſe.
ibid: lin: 25. *Sacramento* l: *Sacramento)*
pag: ſeq: 151. l: 157.

ibid:

ibid: lin: 21. *Ioannis* l: *Ioannes.*
ibid: lin: 25. *pronom:* l: *pranom;*
ibid: lin: 26. *publicani* l: *publicari.*
pag: 158. lin: 2. falice. l: felice.
ibid: lin: 5. attenta l: attentæ.
ibid: lin: 7. Attrebateni- l: Attrebatena
ibid: lin: 9. PP. III. l: PP. IV.
ibid: lin: ead. 20. l: 2.
ibid: lin: 11. testemonijs l: testimonijs.
ibid: lin: 18. *Atrebanit.* l: *Atrebatensis.*
ibid: lin: ead: *Benedicti* l: *Benedicti-*
ibid: lin: 19. *habereti* l: *haberetis.*
ibid: lin: 24. *difend:* l: *defenderetis.*
pag: 159. lin: 5. & l: ab.
ibid: lin: 12. *volantatis* l: *voluntatis*
pag: 160. lin: 4. *granam* l: *gravem*
ibid: lin: 6. *indibitè* l: *indebitè.*
ibid: lin: 13. superstiosus l: superstitiosis interpre-
ibid: lin: 14. salustaria l: salutaria
pag: 161. lin: 10. aliquod l: aliquot.
pag: 164. lin: 1. Episcopus l: Episcopis
ibid: lin: 12. iudic- l: judici-
pag: 166. lin: 9. latius l: latiùs.
pag: 167. lin: 6. ea l: eo.
pag: 170. lin: 20. difiniente l: definiente
pag: 171. lin: 13 in initio hujus. l: ad finem Capitis decimi.
ibid: lin 25. successorum. l: successorem.
pag: 173. lin: 2. uniu l: unius
pag: 174. lin: penult: quàcirca l: quocirca
pag: 175. lin: 25. *facultate* l: *Congregatione.*
pag: 176. lin: 13. schripto l: scripto
ibid: lin: 21. april: hujus l: april: anni

Pag:

ERRATA.

Pag: seq: N. 167. l: 177.
ibid: lin: 14. hujus l: istius
ibid: lin: 20 de l: de-
pag: seq. N. 168. l. 178.
ibid: lin: 6. est l: est:
pag: seq: N: 199. l: 179. & reliqui numeri omnes consequenter aberrant.
ibid: lin: ult: liceram l: liberam
pag. 200. lin: 1. Coemeterijs l: Cæmiterijs
pag: 203. lin: 1. mitteri l: mittere.
pag: 207. lin: 21. licet. l: libet
pag: 209. lin: 22. aliàs l: alias
ibid: lin: 23. sepulchrialis l: sepulchralis
pag: 210. lin: 12. *uniqueque* l: *unaqueque*
ibid: lin: 13. reserendis l: referendis.
pag: 211. lin: *rt* l: *ut*
pag: 212. lin: *sepeleuntur* l: *sepeliuntur*
pag: 214. lin: 20. paragere l: peragere.
ibid: lin: 21. leberæ l: liberæ
pag: 215. lin: 8. tantúm l: tantum.
ibid: lin: 17. legebus l: legibus.
ibid: lin: 22. *delectus* l: *dilectus*.
ibid: lin: 26. suprà citatis l: infrà citandis
pag: 216. lin: 22. qnod l: quod
pag: 217. lin: 24. superius adducta pag: *69.* l: inferius adducenda Cap: seq.
pag: 220. lin: 14. *sepelienter* l: *sepelientur*.
pag. 221. lin: 11. *defunctrum* l: *defunctorum*.
pag: 223. lin: 23. funambusis l: funalibus
pag: 224. lin: 22. Parochiis l: Parochis
pag: 225. lin: 6. facta l: facta perpetuò
ibid: lin: 8. Priores l: Prioris
lin: ead: Provinciam l: Provincialium

Ibid.

ibid: lin: 13, alias venerabilem (*aliàs venerabilem*)
pag: 227. lin: 4. Samuel, l: Samuell:
ibid: lin: 15. reverend: l: referend:
ibid: lin: 23. ex- l: etc.
pag: 228. lin: 10. elaborat l: laborat
ibid: lin: *regemem* l: *regimen*
pag: 229. lin: 1. non nulli l: nonnulli
ibid: lin: 8. ſæpelienda l: ſepelienda
ibid: lin: pænult: multuplicare l: multiplicare
pag: 230. lin: 17. Eluerpo l: Cluerpo
ibid: lin: 23. aſſeciatio- l: aſſociatio-
pag: 231. lin: 4. ad ſunt l: adſunt
pag: 234. lin: 24. Papæ 10. l: Papæ X.
pag: 236. lin: 2. opertet l: oportet
pag: 240. lin: 20 *brachia* l: *brachio*
pag: 241 lin: 22. *ordinarios* l: *Ordinarijs*
pag: 243. lin: 11. *dilitijs* l: *delitijs*
pag: 244. lin: 7. *allatures* l: *allaturos*

